

Philol. 315.

8<sup>o</sup> Philol. 315

Sub novo titulo, scribitur: Disser-  
taiones selectae eximiae d.  
Pietris Guccio et Latino; hanc  
opus quodvis anno MDCCL.



416 129 533 700 13



*Philol.*

JACOBI PALMERII  
a GRENTEMESNIL  
KRITIKON  
ETIXEIPHMA,

*Sive*  
PRO LUCANO APOLOGIA  
*è* Scrimis  
JANI BERKELII, ABR. FILII

*Edita.*  
Accedunt similis argumenti non-  
nulla alia.



LUGDUNI BATAVORUM.  
Apud FREDERICUM HAARINGIUM  
MDCCCIV.



Hoc Volumine continentur.

*Jacobi Palmerii Κριτικὸν ἐπιχειρήμα, sive pro Lucano Apologia.*

*R. Rapini Comparatio Homeri & Virgilii.*

*Illustris Blondelli Comparatio Pindari & Horatii.*

*Jacobi Tollii Comparationes Pindari & Horatii.*

— — — *Apollonii & Ovidii.*

— — — *Petronii & Virgili.*

— — — *Senecae & Sophoclis.*

*Praemittitur Dissertatio Epistolica Joannis Fensii ad editorem hujus*

*Συλλογῆς*

BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS.

DVPLVM  
BIBLIOTHECAE  
R. MONAC.



NOBILISSIMIS,  
AMPLISSIMIS,

VIRTUTE

ET

PIETATE

*Conspiciis Viris,*

D. RODOLPHO EELBO, J. C.  
Reipubl. Dordracenae quintum  
Consuli, ejusdemque collegii  
cum maxime praesidi, de ci-  
vibus suis optime merito in-  
diesque bene merenti, Poten-  
tissimis rebus Indicis praefecto,  
&c. &c.

\* 2

BAR-

D. BARTHOLDO A SLINGELAND, J. C. Reipub. Dordracenae Consuli, Fundorum Ordinum Hollandiae & Westfrisiae in Hollandia Australi Quaestori, Rei monetariae totius Foederati Belgii praefecto, Societatis Indiae Occidentalis Curatori, &c. &c.

D. POMPEJO DE ROVERE, J. C. Toparchae in Hardinxveld, Reipub. Dordracenae Viro Consulari, ad Confessum Praepotentium Ordinum Hollandiae & Westfrisiae Delegato Ordinario, Hollandiae Australis Praetori, &c. &c.

D. BARTHOLOMÆO A SEGWAARD, J. C. Reipub. Dordracenae Senatori, Judici integerrimo &c. &c.

D. JO-

D. JOANNI DIBBETZIO, HENR. FIL. Variis in locis à quinquaginta tribus annis S. S. D. M. functo, tunc vero Primario in Ecclesia Dordracena Sacrorum Oraculorum interpreti fidelissimo, venerando.

*Splendissimis seculi sui ornamentis,*

Summis *Egyptiorum,*

*Quorum curae & fidei res literariae in civitate Dordracena Gymnasii publici bono est commissa,*

\* 3

Hanc

Hanc comparationum

Συλλογῆν

*Tanquam cultus & observantiae  
monumentum*

Sacram esse Vult

JANUS BERKELIUS, A. F.

LECTO-

LECTORI

ΦΙΛΟΜΟΥΣΩ

S.

JANUS BERKELIUS, A. F.

**N**Unquam ira quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, aetas, usus semper aliquid appor- ter novi: &c. Ego, qui nondum in avium induxeram in publicum prodire, ecce me tibi sisto Lector. Multa, ut verum fatear, me in scenam progressurum deterrebant, praesertim cum a deo iniquam saepenumero sortem experi- ri videas eos, qui de Repub. literaria bene mereri, & prodesse student quam plurimis. Plerorumque enim natura ita est comparata, ut minima quaeque potius vellitent, & pro nihilo ducant, quae jugi labore conscripta neutiquam praestare possunt; quare haec Pindari verba mihi in memoriam revocabam,

## PRAEFATIO

— Τὸ σιγαῦν πολλάκις ἐστὶ σοφώ-  
 Τατον ἀνθρώπων νοῦσαμ.

*Adeo ut his super sedere mihi esset animus. Verum amicorum consilia, quibus utor familiariter, hanc animi mei sententiam inverterunt. Mihi enim persuadebant, publica commoda esse privatis anteponenda. Exhibeo itaque, benevole Lector, libellum mole sua non quidem magnam, sed qui dignitate sua, & rerum, quas continet, utilitate cultores suos fautoresque (quod praefiscine dixerim) inventurus sit quam plurimos. Fateor equidem non esse opus ingenii mei operationem; verum eruditorum commodis inserviando hanc in me suscepisse provinciam. Quippe neminem animo tam aegresti ac duro esse reor, quin & eum aliqua saltem laudis parte condecorandum existimet, qui desideratissima quaecumque veterum monumenta, aut ab aliis prorsus neglecta, aut in turpi situ & squalore latentia in lucem emittere, atque adeo de literis earumque elegan-*  
*tia,*

## AD LECTOREM

*tia, & hujus amantibus posteris bene mereri instituit. Hac igitur inductus opinione admovi manus operi, neque mea me vitae ratio hunc thesaurum publico debitum amplius premere patiebatur. Satis enim diu latuit, neque forsitan umquam in dias luminis auras prodisset, nisi quispiam (mortui famam non lacerabo) jam in agone mortis versans, mentem veri falsique consciam in consilium adhibuisset, & anxiae quaedam mentis impetu de eo mihi reddendo cogitasset. Longum esset omnia enarrare, hoc solum dicam, suis demandasse, suosque religionis fide adstrinxisse, ut hoc Palmerii opusculum in manus potissimum meas traderent. Quod contigit, ut vides Lector. Quo tamen pacto hic Thesaurus, Parentis mei fidei concreditus, in viri illius manus pervenerit, neutiquam dixero, nec res videtur tanti: Hoc saltem inter omnes constat, Parentem meum decessisse me puero, utpote non amplius tredecim annos nato, atque adeo matrem meam, Doctorum Virorum ope tunc temporis*

## PRAEFATIO

indiguiffe, qua destituebatur, cum per aetatem meam, tum per necessarios meos, qui linguas non intelligebant. Ut de aliis taceam, & hoc quoque in medio relinquam. Postquam ergo in possessionem hujus thesauri essem missus, ex templo cum Jacobo Gronovio, & Jacobo Perizonio Reipublicae literariae principibus viris, etiam nunc Academiae Lugduno-Batavae splendidissimis Luminibus, de studiis meis quondam optime meritis, atque adeo nunquam sine honoris praefatione mihi nominandis, communicavi. Qui Viri Cl. primo quidem hujus opusculi fata mecum mirabantur, deinde ejus edendi mihi quidem erant auctores; verum tamen id esse tantae molis, ut justam voluminis formam adimpleret, non judicabant, sed novam Lucani Poetae editionem eo immensum quantum exornari posse adferebant. Itaque in tempus aliquod distuli. Cum tamen non posse fieri credebam, ut nova Lucani Poetae editio procuraretur, cum ob iniqua & maligna tam veterum quam recentiorum de  
 Poe-

## AD LECTOREM.

Poëta Lucano judicia, tum ob neglectum hodie Poëtices studium, cujus fructu eos carere necesse est, qui sua ipsorum culpa ad haec arcana literarum aditum sibi praecclusisse videntur. Alia ergo posthumi hujus foetus in lucem protrahendi inveniendae erat via, ad quam non parum contulit Clarissimus Joannes Fensius. Quippe is, ab variis viris Doctissimis quasdam praestantissimorum Poëtarum tam Graecorum, quam Latinorum comparationes, partim Gallice, partim Latine esse conscriptas, easque in unum volumen commodissime posse colligi, liquido demonstrabat. Id ilico tetigit animum meum, nec consilium hoc probare dubitavi, praesertim cum omnia ejusdem argumenti futura forent, & illud Palmeri  $\kappa\rho\iota\tau\iota\mu\delta\upsilon\nu\ \epsilon\tau\iota\chi\epsilon\iota\ \rho\eta\mu\alpha$  nil nisi Lucanum inter & Virgilium comparationem contineret. Elegantissimorum igitur Poëtarum conquisevi comparationes, atque feci quasi florum corpusculum, quorum florum fragrantis odores non possunt non adficere eum, qui aliquo  
 saltem

## PRAEFATIO

saltem Poetarum tangitur desiderio; atque ex eorum lectione multum Sapientiae & doctrinae sese haurire posse non ibit inficias. Quemadmodum autem in caeteris egi mox dicam. Hujus opusculi haecenus inediti, quod prima fronte conspicitur, auctor est Jacobus Palmerius à Grentemesnil, qui laudabili sane instituto negotiorum causa Lutetiae agens Lucanum cum Marone comparare est aggressus (quorum alter vixit aetate Augusti Imperatoris, cum Poesis in summo staret fastigio, & nulla affectatione sese efferret; alter tempore Neronis Imperatoris, cum vera studia, & imprimis Poesis inciperet haberi neglectui, ipso Nerone vane & stolide Poeticam gloriam sibi affectante) certo sibi persuadens, vincti indecorum non esse, & contendere duci gloriae. Non jam dicam quis ille fuerit Palmerius, aut cujus, satis enim lucubrationes in lucem emissae de eo testantur, neque eget praeconio meo, cui ab omnibus palma est adjudicata; Neque multus ero in Lucani, Poetae  
 opti-

## AD LECTOREM.

optimi laudibus persequendis, licet multa egregia de eo dici possent, & veteres juxta ac recentiores inique satis de eo judicarent, ut vel ex hoc Palmerii opusculo luce meridiana clarius evolvendi patebit. Audi Quintilianum, qui fere solus possit esse unus instar omnium; Est, inquit, ardens, & concitatus, sententiis clarissimis excellens; in concionibus admirandus atque excultus adeo, ut videatur fatis exprimere singularem illam elegantiam ac majestatem Virgillii. Liceat tamen nobis cum Alexandro ad Achillis tumulum in Sigeo hic exclamasse: Fortunatae Lucane, qui virtutis tuae praeconiem Palmerium inveneris? Numquam enim quisquam ex omni posteritate melius dotes tuas praedicavit, neque majori amore complexus videtur: quamquam & Hugo Grotius, Vir in primis eruditus, digno satis praeconio te, Lucane, prosecutus sit, multumque operis in operibus tuis castigandis impenderit, teque semper in sinu gestare; ac ne dum quidem sine tua lectione  
 transi-



## PRAEFATIO

transigere dicitur fuisse solitus! liceat etiam ingemuisse, Divine Poëta, quod ea potissimum aetate tibi pereundum fuit, qua tantum specimina edebas, quantus esses futurus, si ad maturitatem & masculam eruditionem pervenire tibi fuisset datum! Quam immensam segetem, quam ubèrem eruditionis & elegantiarum messem, quos ingenii tui fructus non contemnendos nobis posteris reliquisses! Cum tamen nobis tam beatis esse non liceat, ut integris & emendatis tuis operibus fruamur; nihilominus gaudemus, & quidem impense, dulcissimas has tuas reliquias ad manus nostras pervenisse incolumes. Dum autem hic nobis de Lucano est sermo, non possum, quin adducam locum ex ejus pharsalicis, qui est Lib. III. ubi narrationem convertens ad Arabas ita canit:

Ignotum vobis Arabes venistis in  
Orbem,  
Umbras mirati nemorum non ire  
sinistras.

Hos versus non adduco, ut laureolam mihi

## AD LECTOREM.

hi ex iis quaeram, aut auctoritari illorum Virorum, qui de eo egerunt, aliquid detractum velim; longe absit; verum, ut Lectori diversas doctorum Virorum sententias proponerem, eaeque inter se componi possent. Doctissimus Joannes Clericus in artis suae Criticae parte I. Cap. I. idem sentire Scaligero videtur, dum eos esse ἀμύμονλους dicit, atque adeo arguit Lucanum, quod male de Arabibus eo modo sit locutus. Nullus dubito, si has Palmerianas reliquias legisset, quin pedibus in sententiam ejus ivisset, neque eo fuisset prolapsus. Multo sane accuratius de eo agit magnus Christoph. Cellarius, Latinae linguae acerrimus assertor, in Geographia antiqua Ienae CIICXCXVII. excusa pag. VIII. Lector adeat utrumque, deque eo judicet. Possem hic loqui de Scaligeris Patre & Filio, Viris procul dubio ob merita in Rempub. Literariam Clarissimis, deque odio, quo Lucanum persecuti sunt, aliisque ad eos pertinentibus, sed quoniam alii illa jam satis ostenderunt, nos omittimus. Possem haec loci, quod non nisi Poëtica continet haec Sylloge, differere

de

## PRAEFATIO

de vetustissimis Poëtarum initiis eorumque progressu, de variis carminum generibus, de veterum Poëtarum nominibus; Quin & recensere quo tempore quisque floruerit, in quot classes sint dividendi, in qua materia quisque excellerit; item examinare num vera num falsa plurimi tradiderint. Haec omnia legi possunt apud eos, qui nos in eo jam occuparunt, & ex professo (quod adjunt) de iis scripsere, inter quos minime laude sua frustrandus Olaus Borrichius in doctissimis dissertationibus suis de Poëtis Francof. MDCLXXXIII. excusis. Ne igitur longior sim, id modo generatim de Poëtis dicam, eos prodesse & delectare, elegantiarum omnium possidere florem, virtutum vitiorumque indolem complecti, sublimiorum scientiarum ornamenta in iis elucere, penes se habere rerum bene prudenterque gerendarum, hoc est, pacis bellicae praesidia, mores etiam plerumque componere. Haec Aristoteli minime gentium latuisse satis constat, qui Alexandro in disciplinam ipsi tradito è Grae-

## AD LECTOREM.

Graecorum instructissimis Bibliothecis unum Homerum, tamquam omnis Sapientiae ac eruditionis promium condum, legendum tradidisse dicitur. Haec Ciceronem non fugerunt, qui leptam Viri Cl. filium in Epistolis hortatur, ut non tamquam canis è Nilo bibat de limpidiissima Hippocrene, Musarum fonte, sed diurna nocturnaque manu verset Poëtas, sententias eorum ediscat, atque ita animum Poëtarum deliciis imbuat, & sibi vitae morumque praecepta ex iis petat. Hinc multi veterum à Poëtarum lectione auspicianda juvenum studia conducere judicaverunt? Hinc Poëtarum laudes tot seculis duravere. Hinc tanti denique poëtas fecit antiquitas, ut Africanus Scipio Poëtam Ennium, quo familiariter usus fuerat, post mortem in monumentum suum inferri jusserit, ac vel sic amicitiam, quam vivo numquam denegaverat, post fata voluerit facere testatam; ut Alphonsus Rex, qui in castris, & in Regia sua Platonis, Virgilii, aliorumque Philosophorum & Poëtarum

\*\*

tarum

## P R A E F A T I O

tarum libros perpetuos comites habebat, quique Imperii sui normam, omnemque adeo felicitatem ex iis se hausisse lubens confitebatur, Antonium Panormitanum sui seculi Poëtam celeberrimum, ad varias legationes, ad ardua quaevis pacis bellique negotia difficillimis temporibus adhibuerit. Cum igitur ita se res habeat cum Poëtis, ique semper in tanto honore atque existimatione fuerint apud Reges & Principes Reipub. viros, non posset non videri mirum alicui, cur Poësis inutilis ut plurimum hodie censeatur, multique docti juxta ac indocti Poëtas in ultimis habeant. Visne causam Lector? ea in promptu est. Necessaria ad Poëticam subsidia plurimis deficiunt, atque adeo artem, quam neutiquam praestare possant, violare non desunt, quoniam ex absolutissima literarum & rerum omnium cognitione ars Poëtica efflorescere, atque incrementa capere maxima universi ac singuli confiteantur necesse habeant. Animum ita in omni studiorum genere consummatum, & quarumvis scientiarum

## A D L E C T O R E M.

rum cognitione instructum habere, eademum vera posset videri methodus, qua itur ad Poësin. Contra quam alius hodie, qui, magno hiatu amicum suum quae ad elegos faciendos pertinent edoctrus, nil nisi verba profert, quae aequae ad rem faciunt ac buttibata Naeui, & Poësin in contemplatione & sola Poëtarum lectione consistere vult, dummodo scilicet amicus ille Poëtam aliquem (Ovidium, Propertium) oculo irretorto aspiciat, eoque lectione imbuat animum. Nae ille tota errat via, qui ita judicat; licet Poëtarum lectionem non posse negligi lubens agnoscam. De Palmeriano opere hoc praeterea habeo dicere: ipsum autographum singulari charactere fuisse consignatum, nec ullo commate notatum, literasque in chartaceo MS. codice ob vetustatem plurimis in locis (legebantur enim in calce ipsa manu auctoris scripta haec verba: Scribebat Lutetiae Parisiorum Jacobus Palmerius à Grèntemesnil anno salutis Dionysianae

CLO IO CXXIX.) oculorum aciem fugisse.

\*\* 2

Duo

## PRAEFATIO

*Duobus etiam in locis pag. 55. lacuna  
conspiciebatur, quos asteriscis notavi.  
Quare si quae forsam mala interpun-  
ctiōne laborent, aut minus recte in Pal-  
meriano opere posita videantur, faci-  
le ea condonatum iri à te spero. Caete-  
ra adjunxi huic Palmeriano operi R.  
Rapini Comparationem Homeri & Vir-  
gilii, eam secutus versionem (Gallice  
enim scripta fuit) quam Vir Doctus  
(de nomine suo nos celavit) ante nos  
in lucem emiserat; Deinde Illustris  
Blondelli comparationem è Gallia in  
Latium, hoc est, opera mea è Galli-  
ca in Latinum sermonem transtuli;  
Denique Jacobi Tollii comparationes  
adjece. In quibus omnibus si quae  
praetermissa aut commissa sunt, eorum  
à te, mi Lector, peto veniam, ini-  
quos rerum aestimatores nihil morans.  
Omnes enim, etiam ὀυδερνέσατοι, ca-  
ligamus saepe & in tenebris erramus.  
Interim, erudite Lector, conatus no-  
stros, & quid tua causa voluerim,  
boni consule. Hoc solum vereor, ne  
tempora tua diutius fuerim moratus,  
licet*

## AD LECTOREM.

*licet sciam nil à me dictum, quod non  
dictum sit prius; verum ita faciendum  
fuit, quoniam in eorum, qui scribunt  
aut aliquid in lucem emittunt, potesta-  
te non est, ut eos sibi deligant Lecto-  
res, quos velint, neque omnibus po-  
terit fieri satis. Hisce interea loci fru-  
ere. Alia enim, dum*

---

*Integer aevi  
Sanguis adest, solidoque suo stant  
robore vires,*

*majoris momenti meditor, ad quod fer-  
culum te invito. Dabam Dordraci  
Calendis Augusti MD CCIV.*

# JOANNES JENSIUS

S. P.

## JANO BERKELIO.

**E**Go vero & tibi, & mihi gratulor, Berkelii; tibi quidem, quod tandem aliquando accinxisti te ad exponendam publice, quae luce dudum digna in scriniis tuis adhuc latuerat, Jacobi Palmerii, V. Cl. pro Luciano dissertationem: Mihi autem, quod meo potissimum consilio & hortatu fecisti id, quod omnes, qui bonas literas amant, abs te jure suo flagitassent, si & ipsis fuisset cognitum te istius *reputat* possessorem esse. Deinde & hoc mihi gratum accidit, quod & in eo me monentem non neglexisti, quum & alias Virorum Eruditorum lucubrationes in eundem fasciculum compingendi auctor essem, quibus similis opera comparandis inter se Poëtis veteribus, sive Graecis cum Latinis, sive solis inter se Latinis, navata fuit. Noli dubitare de pretio hujus operae tuae, id est, de laude, quam hinc feres ab cordatis omnibus & *Egypti* *novis* voluntibus. Caeterum quum & in Palmerii tui istoc libello  
Vir-

## EPISTOLA.

Virgilius non absolvatur de objecto dudum ipsi (si Musis placet) vitio, quod Lib. 6. Aen, non ex sua, sed ex Palinuri persona dixerit,

*Portusque require Velinos,*

non potui, quin hic publice ad te repetere, quae pro Virgilio hac quidem in causa abhinc anno in meis ad nobilissimum istum praenobilis operis librum publicis praelectionibus protuli. Neque vero quisquam, puto, ineptum me dixerit, qui id hic repetam, siquidem me defensore hac quidem in causa stare poterit Virgilius. Sin autem non satis vel sic probaro, utique defendendi studium reprehensione vacabit.

Fingit itaque Maro ad ripam Stygis conspicere Aenean & Sibyllam umbras inhumatorum, inque iis umbram Palinuri, qui sine prioris libri narratus fuerat somno oppressus, in mare dejectus fuisse. Stupet Aeneas, & à Palinuro, quem rogarat, qui tandem ita fuisset amissus, responsum fert ac docetur quare exciderit Palinurus, quam crudeliter exceptus necatusque fuerit ab hominibus, quorum litore adnatasset, atque uti jam tum cadaver ipsius in litore inhumatum jaceret; denique ait Palinurus,

\*\* 4

*Eripi*

## JOANNIS JENSII

Eripe me his, invicte, qualis; aut tu mihi  
terram

Injice (namque potes) portusque require Velinos.  
Aut tu, si qua via est, siquem tibi Diva crea-  
trix

Ostendit (neque enim, credo, sine numine Di-  
vum

Flumina tanta paras, Stygiamque innare palu-  
dem)

Da dextram misero, & tecum me tolle per un-  
das;

Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

Hic insurgitur in Virgilium cum ab antiqui-  
oribus, tum ab recentioribus. Servius, Sa-  
ne sciendum, Veliam tempore, quo Aeneas ad I-  
taliam venit, nondum fuisse. Ergo anticipatio est,  
quae, si ex poetae persona fiat, tolerabilis est:  
sua autem per aliam, vitiosissima est, ut nunc de  
Palinuro: quamquam alii ad divinandi scientiam  
referant, quasi ab umbra dictum. Julius Higi-  
nus apud Gellium Lib. x. cap. 16. „ Qua-  
„ modo aut Palinurus novisse & nominare potuit  
„ portus Velinos, aut Aeneas ex eo nomine locum  
„ invenire, quum Velia oppidum, à quo portum,  
„ qui in eo loco est, Velinum dixit, Servio Tul-  
„ lio Romae regnante, post annum amplius sexcen-  
„ tesimum, quam Aeneas in Italiam venit, con-  
„ ditum

## EPISTOLA

„ ditum in agro Lucano & eo nomine appellatum  
„ est? Nam qui ab Harpalo, regis Cyri praese-  
„ to, ex terra Phocide fugati sunt, alii Veliam,  
„ partim Massiliam condiderunt. Inscitissime igitur  
„ tur petit, ut Aeneas portum Velinum requirat,  
„ quum id nomen eo tempore fuerit nusquam gen-  
„ tium. Neque simile illud videri debet, quod  
„ est in primo carmine,

„ Italiam fato profugus Lavinaque venit  
„ Litora.

„ & aequae in sexto,

„ Chalcidicaque levis tandem superadstitit arcem

„ quoniam poetae ipsi quaedam verba ἱστορίας hi-  
„ storiae dicere ex sua persona concedi solet, quae  
„ facta ipse postea scire potuit: sicut Virgilius sci-  
„ vit de Lavinio oppido & de colonia Chalcidensi  
„ (Cumis.) Sed Palinurus quid potuit scire ea,  
„ quae post sexcentos annos facta sunt? Nisi quis  
„ eum divinasse apud inferos putat, proinde ut  
„ animae defunctorum solent. Sed & si ita acci-  
„ pias, quamquam non ita dicitur, Aeneas ta-  
„ men, qui non divinabat, quo pacto potuit re-  
„ quirere portum Velinum, cui nomen tunc, sicuti  
„ diximus, nullum usquam fuit? Omnis cen-  
„ sura huc redit: Esse hanc ἱστορίαν, at vitio-

\* \* 5

fam

## JOANNIS JENSII

sam, ut quae ex Palinuri, non ex poëtae persona fiat, à cujus obitu sexcentis demum annis post Velia à Phocensibus sit condita, atque adeo & urbem & portum, ab urbe dictum, prorsus ignoratum fuisse Palinuro: Immo quamquam referas ad divinandi scientiam, quam Palinurus jam defunctus tenuisset apud inferos, ne vel sic stare id posse contendit, idque recte, Higinus; quum, ut divinare potuerit Palinurus, Aeneas tamen, cui haec dicuntur, non potuerit. Habemus itaque accusatum Virgilium, neque certe absolutum. Verum audiamus Turnebum; is Lib. xxii. Adversariorum cap. i. *Maro reprehenditur in hemistichio.*

— Portusque require Velinos,

*quod multis postea annis Velia condita sit. Sed excusari potest ex vocabuli notatione & significatione, quod velinus sit palustris. Igitur perinde est ac si diceret, Require portum palustrem, ubi meum reperies cadaver. Velinus enim ab ἑλαῖ deducitur.*

Frivolam hanc Turnebi, nequaquam Turnebo dignam, defensionem merito suo explodit Palmerius tuus pag. 120. *Frustra est, inquit, Turnebus, dum excusare conatur ex notatione nominis. Nam Velinus est nomen proprium*

## EPISTOLA.

*primum à Velia deductum, nullam aliam habent significationem, nec unquam invenitur pro palustris, ut vult Turnebus. ἑλαῖ est palus, & ἑλαῖδης palustris, & ἑλαῖ dicta fuit ἡ τῆ ἑλαῖ; sed non ideo, quod Latini ἑλαῖ in Veliam mutaverint, non significationem, sed sonum secuti, ideo Velia paludem etiam, & Velinus palustrem significabit. Nemo, qui sapiat, sine exemplis credet. Haud dubie causa cadit Turnebus, cumque eo simul is, cui patrocinatur. Ergone, si nobis quoque ad suffragium licet accedere, decernemus, damnabimusque Virgilium? an potius more Romano dicemus, NON LIQUET? Sic opinor. Ampliandum ergo.*

Verum est, ubi Palinurus sexcentis annis ante, quam condita fuit Velia, ait,

— Portusque require Velinos,

esse πάλαιον; vitiosam autem esse, nego. Quod si in hac scena soli stent loquanturque Palinurus & Aeneas, non intercedam, quo minus ob causas, ab Higinio potissimum allatas, sit vitiosa πρόληψις, ac tanto Poëtae minime πρόπρον. Verum, ô boni! adest Sibylla, illa ab antiquis futurorum gnata habita. Quidquid itaque ignorasse statuendus est Aeneas, utique Sibyllam scivisse, fingendum est, quae per omnem illum actum occur-

## JOANNIS JENSII

occurrit non modo dux Aeneae, sed & interpretres & magistra, quas de singulis apud inferos occurrentibus Aenean edoceat. Ea igitur, non Aeneas, Palinuro ad petitiones suas respondet; ea declarat, se & futurorum, atque imprimis quid apud inferos praestari possit, quid minus, gnaram esse. Ubi Palinurus postremo loco ita rogasset Aenean,

*Da dextram misero, & tecum me tolle per undas:*

*Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.*

caepit tum talia yates Sibylla;

*Vnde haec, ô Palinure, tibi tam dira cupido?  
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque severum*

*Eumenidum adspecies? ripamve injussus adibis?*

*Desine fata Deum flecti sperare precando;*

*Sed cape dicta memor duri solatia casus.*

*Nam tua finitimi, longe lateque per urbes*

*Prodigiis acti coelestibus, ossa piabunt,*

*Et statuent tumulum, & tumulo solennia mitent:*

*Aeternumque locus Palinuri nomen habebit.*

Quod si haec ita considerantur, appareat scilicet iudicium Maronis, qui tantum abest

ut

## EPISTOLA

ut hic in vitium incurreret, ut cautissime vitium declinaret. Nam si respondendi vices dedisset Aeneae, isque eadem, quae exignavimus, respondisset; haud dubie merito vapularet Virgilius à criticis: Jam vero ubi has partes dat Sibyllae, nitore & fulgore *νεμεσις* undiquaque conspicitur, modo spectantium oculi non nimis lippiant.

Sane ingenui hominis est & cordati, in versandis cujuscumque generis & aetatis, quancumque etiam nominis scriptoribus, cogitare, universos eos & singulos fuisse homines, & adeo potuisse labi. Sed & illud ingenuum cordatumque est, se quoque meminisse esse hominem, & adeo se quoque, dum de aliis iudicium ferat, praecipue ubi damnet, posse falli, ac prae humanae mentis angustia, non satis ubique perspecta habere omnia, quibus probe perspectis, saepe longe aliud cerneretur. Quare in ferenda de rebus personaeve magnis, immo etiam parvis, sententia, ubi non ad liquidum patefcunt omnia, tutius est solenne illud N. L. Nam quare Julius iste Higinus in eodem apud Gellium loco & haec quoque in Virgilio culpat? primo quod Libro 6. Aen. vs. 122. faciat Aenean dicentem;

— Quid



## JOANNIS JENSII

————— *Quid Thesea, magnam  
Quid memorem Alciden? Et mi genus ab Jove  
summo.*

deinde quod Anchisae vers. 838. tribuat haec  
verba,

*Eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenae,  
Ipsamque Aeaciden, genus arripotentis Achil-  
lei;  
Ultus avos Trojae, templa & temerata Miner-  
vae.*

Quare, inquam, ad haec iste offenditur?  
Quia (ut levissime dicam) diligentia indili-  
genti captavit inanem Virgilio matrigis glo-  
riam. Enimvero, ut hic quoque non dese-  
ramus optimi & clarissimi poetae causam,  
erras, si quid video, Hicine, erras. Ad  
primum quod attinet, non agis bona fide,  
ubi innuis, solos istuc nominari, qui ad inferos  
adierint, ac redierint, inque iis censi Thesea,  
de quo tamen postea Virgilius inferens,

————— *Sedet, aeternumque sedebit  
Infelix Theseus,* —————

*sibi adversetur.* Verum quidem est, esse My-  
thogra-

## EPISTOLA.

thographos, qui dicant Thesea, ab Hercule  
liberatum, rediisse: at haec opinio non est  
constans: Servius certe (ad priorem hunc  
vers. 132. locum) non aliter nobiscum cepit,  
quam ut Theseus retentus apud inferos poe-  
nas dederit; quare posteriorem locum de  
Theseo addit. Jam vero ubi dicit Virgilius,  
vel Aeneas, se proferre modo eorum exem-  
pla, qui ad inferos adierint, atque inde re-  
dierint? Falsa est tua definitio. Aeneas vi-  
vus rogat Sibyllam, ipsa duce sibi liceat pe-  
netrare ad inferos, conventuro patrem An-  
chisen. Inter alia argumenta, quibus id ab  
Sibylla impetret, profert exempla aliquorum,  
quos fama ferebat vivos adiisse ad inferos,  
veluti Orphei, Pollucis, Thesei, Hercu-  
lis; quibus si postremis id licuisset ob coele-  
stes natales, se quoque ab Jove deducere  
genus suum. Respondet deinceps Sibylla;  
Facilem esse descensum Averni,

*Sed revocare gradum, superaet evadere ad  
auras,*

hoc opus, hunc laborem esse; neque vero  
id omnes, ast

————— *Paucos, quos aequus amasset  
Jupiter, aut ardens vexisset ad aethera virtus,  
Dis genitos, potuisse,* Pollu

## JOANNIS JENSII

Pollucem videlicet inter alios, & Herculem,  
non item eos, quos

*Aequus amasse  
Jupiter haud potuit,*

Veluti Thesea, qui nefario consilio, ad rapiendam nempe Proserpinam, penetrasse fingitur ad inferos: quare hunc Thesea opido concinne postea isthic reperisse memoratur Aeneas, aeternum ibi mansurum loco poenae tentati facinoris. Haecine, Hicine, non quadrant? Quadrant haud dubie. Posteaquam haec notaveram, vidi ex recentioribus, qui hunc locum tractent; in primis est Jo. Baptista Pius in annotation. Sylloge III. cap. 9. qui aliter, quam nos, defendit hic Virgilium. Qui vult, videat, & judicet:

Sed & in altero, quem notas, loco, Virgilium non esse absurdum monstramus: Anchises filio Aeneae demonstrans digito singulos quosque, qui olim rem Romanam imperio & gloria aucturi forent, quosdam nominatim dicit, quosdam ita ab rebus suis gestis describit, ut homini historiae Romanae non ignaro, illico appareat, qui sint. Itaque per *δεικτικῆν* particulam ille designat Mummium, qui evertit Corinthum, & qui vicit omnem Achaiam; Curium, qui vicit Pyrrhum.

*Ille*

## EPISTOLA

*Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho;  
Victor aget currum, caesis insignis Achivis;  
Eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenae:  
Ipsumque Aeciden, genus armipotem Achil-  
li, &c.*

Recte Servius ad versum extremum; *Necesse est ut ILLE subaudiamus*, &c. nimirum id commode potest fieri *ἄνθρωπος*, ut ajunt. Corruunt ergo, Hicine, quae hic inferunt: Confudit Virgilius & personas diversas & tempora, &c. Cui sano credibile fiat, adeouisse peponem Virgilium, ut personas & tempora à suis temporibus tam exiguo intervallo remota, totque annalibus evulgata confuderet? Quid si vere Virgilius dederit,

*Ille ipsum Aeciden, &c. vel Ipsum ille Aeciden, &c.* ac per ille alium deinceps fingatur Anchises digito monstrasse? ad quod pronomen denuo positum offenderit sive Librarius, sive ineptulus quis Criticus tamquam ad superfluum, reposueritque *Ipsumque*? Sed, uti dixi, ne hoc quidem perfugio opus est.

Dic tu quoque, Servi, quo jure vituperatus sit Virgilius, quod *moestam Eriphylen* dixit, quam apud Homerum legit *στυγερή*, id est, uti ais, nocentem. Nam *moesta non est στυγερή*. (Sic enim scripsisse Servium haec ul-

\*\*\*

tima;

JOANNIS JENSI

tima, certum est ex proposita objectionē,  
 Vulgo legitur, *Nam moesta est svyepi.*) Pro-  
 fecto vix potuit vocabulo Latino magis ac-  
 commodato vertere Virgilius Homericum *svyepi*,  
 quam *svyepi moestam*. Prodiderat scelestā  
 Eriphyle maritum suum Amphiarum, ita  
 uti is cogeretur sequi bellum Thebanum, ubi  
 hiatu terrae legitur fuisse absorptus. Malum  
 itaque funestum intulit domui suae Eriphyle,  
 atque eo vocatur *svyepi* ab Homero Odyll. 4.  
 (qua voce Furiae, & luctuosa quaeque ab  
 eodem exprimuntur) *moesta* ab Virgilio. Non  
 aliter *moestus Acheron* Senecae in Thyeste,  
 non longe ab initio: quem Acheronta Ho-  
 merus vocavit *svyepi*. Ita & funera dicit *moes-  
 ta* Ovidius in fastis; *exequias moestas* Tibullus  
 Lib. 2. El. 4.

Plura disquirere, nunc non vacat. Quae  
 disquisivimus, ad manum erant exproptā  
 nobis, in libro isthoc Aeneidos sexto pu-  
 blice interpretando occupatis. Vale, Jane  
 Berkeli, & parentis tui, Abrahami Berkeli,  
 eruditionis memoria te magis magisque ex-  
 citet.

Dordraci in Gymnasio nostro

Postridie Kalendas Decembris  
 clo lo cciii.

In

In hanc

J. PALMERII

à Grentemesnil V. Cl. Apologiam  
 editam à

JANO BERKELIO, Abr. F.

**D**ulces reliquiae, docti monumenta  
 laboris,

Nobile Castaliae pagina munus o-  
 quae,

Alitibus salve ô faustis, cultuque de-  
 coro

Praesignis populo conspicienda veni.  
 Te quondam sero fessus PALME-  
 RIUS aevo

Protulit, & tu nunc id quod es,  
 esse dedit.

Doctrinae te BERKELIUS com-  
 munit in usum

Atenebris gnava vendicat, ecce,  
 manu.

Cui mage jam debes? hic primos con-  
 tulit ortus,

Ille sed optata dat tibi Luce frui.

GULIELMUS RABUS

J. U. D.

JACOBI PALMERII  
A  
GRENTEMESNIL;  
K P I T I K O N

Ε Π Ι Χ Ε Ι Ρ Η Μ Α ,

Sive

Pro Lucano Apologia.

Tum

*Diluuntur ea, quae Josephus Scaliger  
contra Lucani famam scripsit in suis  
ad Manilium prolegomenis, nec non  
in sua ad Mamertum Patissonem e-  
pistola, cum locorum, quos arguit  
explicatione.*

**U**Rbium Regina Lutetia me  
tenebat anno Salutis M D C  
XXIX, & ibi molestis litibus  
fatigatus animus doctorum  
virorum confabulatione aliquando re-

A

ficie-

2 *JAC. PALMERIUS*

ficiebatur, & fastidium, quod in foro Judiciali contraxeram, in Musarum sinu quoties licebat horis subcivis deponcbam. Festis igitur Pentecostes diebus, dum Justitium claudebat Palatii valvas, Lucani Poëtae lectione recreabar, & ab ejus lectione surgens commotior (dum nullum aliud opus in tota Poëtarum republ., cui Pharsalia *fascēs submittere* debeat, inveniri posse confido) ad quemdam ex amicis virum eruditum visendum forte perrexi. Is autem erat ejusdem Poëtae lector assiduus, & qui eum laudare libenter solebat. Dum igitur, ut fit, sermones diversos de litteris conferimus, ut eram recens à Lucani lectione, non potui quin ejus mentionem facerem. Ille ansa arrepta per ejus diversas laudes alacriter spatiatu8 est. Ego vero illum me antecire non pati. Ille pone subsequi non sustinere. Pariter ergo & aequatis veluti fontibus properantes stadium illud *ἐγκωμιστικόν* à carceribus ad metas decucurrimus, & sacram, puto, fecimus coronam. Sed cum  
inter

*PRO LUCANO.*

3

inter alia dixisset ille, se mirari illorum *ἀβλεψίαν*, qui Virgilium solum stupentes, non admittebant Lucanum in comparisonem, cum sibi non inferior Marone videretur. Notavi verbum, ut audax & insolens, caeterum quod à Papinio Statio olim prolatum, qui eundem Lucanum cum Homero & Marone conferre non dubitavit, magnam Lucano conflavit invidiam. Ille nihil se morari invidiam aut invidos dicere: caeterum orare ne causa incognita suam damnarem sententiam; sed ut sublato praejudicio de ea denuo cognoscerem, nec ante dimisit, quam me in hoc studium incubiturum serio promitterem. Reversus ergo domum, protinus ad Virgilium me contuli, & tantos viros inter se comparare aggressus sum. Sed dum ejus plures paginas revolveo, fateor, Maronem nihil de suo jure remittentem, tanta admiratione mentem perfudisse, ut ad suas partes toto mentis impetu omnino accederem, nec dubitarem amicum meum de transfugio à Lucani castris  
A 2 solli-

#### 4 JAC. PALMERIUS

sollicitare velle. Quod ut optimo jure fieret, ne non satis auditus damneretur Lucanus, rursus illi aquam concessi. Verum eo audito, ecce alius stupor mentem invadit, non enim contentus, consulatum & fasces cum Virgilio aequo jure partiri, ultro dictaturam affectabat. Quid multa? Cum fatendum sit, licet cum existimationis dispendio, per integram hebdomaden, qua ei studio vacavi, amborum illum, qui novissime in manibus fuerat, continuo sibi calculum nostrum vindicasse. Nec unquam potui tam constanter secundum alterum pronuntiare, quin statim alterius lectio sententiam praecipitatum convelleret. Id vero mirum, quod seculorum consensus, qui Lucanum ad secundum locum damnaverat, me non mediocriter monebat, ut illius parteis inclinatas meo suffragio sublevare tentarem. Nempe eo, quod miseria facile misericordiam accersit, & ne instare perculso mihi viderer, ubi de jure non liquebat, infirmiolem fovere & adjuvare melius putabam.

Non

#### PRO LUCANO.

5

Non tamen eo usque valuit vel Neronis odium, & versus ostentari prohibiti, vel mors in ipso aetatis flore domini gladiis properata, vel quaecunque alia Lucano favorem allicere possunt, ut aliquid derogatum Maroni voluerim. Integra illi sua jura per me sunt. Primam certe obtineat coronam, dum non *ἀνομι*, sed cum non inferiori athleta compositus, plurimo cum sudore eam reportare velit. Et ego quidem non fungar Hellanodicae munere, absit, ut id mihi arrogem, sed tanquam aliquis è cavea spectator, mirabor, & laudabo eorum palaestram. Neutrius vitia memorabo, quae aut nulla sunt, aut me fugiunt. Sed utriusque athletae laudes non invitus praedicabo. Virgilii equidem parcius, non enim eget praeconio meo, quem corona omnibus conspicuum fecit. Lucani fusius, ob hujus seculi in eum iniquiora ingenia. Ergo rependere Lucano beneficii gratiam omnino decevi, & pro insigni animi voluptate, quam in Pharsaliae lectione me percepisse

A 3

pisse memini, tanti viri contra ejus  
 obtrectatores famam propugnare pro  
 virili parte conabor, dum fervet ani-  
 mus, nondum restinctis ejus incen-  
 diis, dum obversatur memoriae pul-  
 cherrimi operis recordatio, cumque  
 magno Virgilio non adeo imparem  
 congrredi posse in animo est asserere.  
 Nec parum famae accessisse Maroni,  
 quod & secundum Lucanum fecerit  
 antiquitas. Eum sane antecedit Virgi-  
 lius cum dulcedine versuum & metri  
 suavitate, tum fictionum apte disposi-  
 ta varietate, in qua plerique Poësin  
 constituunt: sed praecipue apud Cae-  
 sares gratia. At majestate & pompa  
 quadam decente, sententiarum gravi-  
 tate, & brevitate, sensus eximio pon-  
 dere, argumenti nobilitate, libertate  
 denique & *καρπνοσία* digna felicior se-  
 culo, nullus certe illum superaverit.  
 Virgilius fluvii instar magni per plana  
 fluentis placide labitur, ripas suas le-  
 niter alluens, quas laeto gramine, &  
 floribus undequaque vestit, affatim  
 ornat, quacumque irrigat ver faciens  
 per-

perpetuum. In eo nihil tumidum in-  
 aequalitate, nihil levitate spumofum,  
 uno tenore fluit, placidus & perspi-  
 cuus adeo, ut gemmae in limo fuso  
 latentes non lateant, ut egregia orna-  
 menta, huc illuc pisciculorum instar  
 in opere agminatim natantia, manife-  
 sto deprehendantur, ad unum nume-  
 rentur: ut nemo sanus innatare tam  
 limpidis aquis, tam ambeno alveo se  
 credere reformidet. At Lucanius,  
 tamquam Ister aut Euphrates aliquis,  
 violentius per devexa fertur, & narra-  
 tionis veritate, & styli brevitate, tam-  
 quam riparum angustia coarctatus, non  
 sine strepitu, sed grato, ruit potius  
 quam fluit, sed perenne & indefinenter:  
 ingentes sensus reconditi moles  
 secum volvens, & sententiarum aurea-  
 rum ramentis ditescens, riparum ac-  
 colas (lectores scilicet suos) si minus  
 delectat, certe plus dicit. Nec est in  
 eo perspicuitas optabilis, cum eo ipso  
 limo (sensu scilicet obscuriore) quo  
 turbantur ejus undae, pinguescant in-  
 geniorum agri, luxurient segetes, dum

§ JAC. PALMERIUS

illis, ut alter Nilus, alte superfunditur, & abundantis sensus alveum verborum excedens, mentes obruit quasi & inundat, omnibus modis dives, & utilis, & beneficus. In Marone bene curata cutis, & pulchritudinem exterius, & interius sanitatem esse vivido candore demonstrat. In hoc eminentes tori & artuum bene stipata compago vires & immensum robur arguunt. Illum amares: Hunc mirareris. Ille excelsè, decenter, ornate ubique dicit: Hic acriter, magnifice, ardentè omnia profert, cum flumine quodam & impetu canoro. Ille suadenti propior: Hic imperanti. Ille Phoëbo canenti similis: Hic Jovi tonanti. In illo decens & castigatus impetus, in hoc divinus & amabilis furor. Illius Musa lætior, & obvius comitate grata mollius & fedatius incedit: Hujus severior & pulchra majestate refulgens incitatus fertur. Vulgus prophanum arcet, solos doctiores admittit ad oscula. At illud mehercule utrique commune, quod ambo lectorem in admirationem rapiant,

PRO LUCANO. 9

piant, quod tunc potissimum placeant, cum retractantur, quod pariter τὸ κέντρον ἐγκαταλείπῃσι τοῖς ἀκρωμένοις (quod de Pericle dicebat olim Eupolis) & in diversa scribendi ratione (dicam licet undique reclament) summa, nec impar in utroque gloria. Ut usurpare possit aliquis in eorum comparatione, quod alter eorum canit

*Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo*

*Et cantare pares. -----*

Si quis in agone poëtico Caesarem contendat esse Virgilium, Pompejus erit meo judicio Lucanus, qui suarum partium fautores inveniet multos, & suum etiam doctorum habebit Senatuum, & Catones, licet Diis adversantibus.

Et quoniam ad Caesarem & Pompejum nos detulit oratio, profecto nihil magis obfuisse arbitror Lucano, quare non potuerit apud omnes de primis cum Marone contendere, quam



10 *JAC. PALMERIUS*

Pompejanarum partium studium, five illud ex animi undequaque liberi sententia prodiderit, five ut ita Neronis inimicitias ulcisceretur. Hoc attentius considerari meretur: ideo adverte animum lector, & patere me aliquantum in eo immorari. Uterque sub Caesarum imperio vixit, Maro sub Augusto, qui pridem triumphatus saevitia ablegata, jam se moderati animi principem omnibus exhibebat. Lucanus sub Nerone, qui pudoris ficti persona deposita, omnibus vitiis auctoratus, Matris indulgentissimae caedem primum gradum ad summam saevitiam aspiranti sibi posuerat. Maro ex Mantuana plebe civis, nullis majorum imaginibus, solis ingenii viribus fidens, Romam petiit, & ibi propter eximias animi dotes statim celebris factus, per Maecenatem Caesari Augusto innotuit, & expansis omnibus ingenii viribus tamquam velis, aspirante Maecenatis favoris aura, ad ipsius Imperatoris amicitiae portum facile successit, & ejus laudes ubique in operibus suis decentes

*PRO LUCANO.* II

center insperfit, amuletum adversus invidos & aemulos potentissimum. Tandem Julii Caesaris vanissimum mendacium (quod in Juliae amitae laudatione pro rostris audacter certe, ne dicam, impudenter protulerat) Aeneide sua tamquam exquisiti operis colophone imposito, decentissime fastigiavit. Itaque ab Augusto fama & opibus auctus, in ejus aula omnium favore & gratia subvectus, sine obtrectatoribus vixit, & egregiis operibus publicatis, Caesareae domus splendorem lumine excitans suo, & vicissim ex Imperatoris favore famam operibus suis facile concilians, feliciter & merito perennitati litavit. Lucanus M. Annaeo Mela equite, sed illustri, & qui consularibus viris potentia exaequabatur, natus, Romae ab incunabulis educatus, ob ingenii dotes in Neronis notitiam facile pervenit. Sed Quae sturam adeptus non potuit in principis gratia diu permanere. Nam nobilitatis conscientia generosum animum nimis extollebat, quam ut posset tam indi-

indigni domini voluntatibus obsecundare. Itaque statim invisus Neroni, Poëticam gloriam stolidè affectanti (contra quem Poëma recitantem suum in quinquennali certamine laurea coronatus fuerat) indignis modis ab eo exagitatus fuit.

*Famam versuum Lucani premebat Nero, vanus aemulatione Tacito teste Annal. xv. Prohibebat eos publicari, legi denique & ostentari. Imo & interdixit illi Poëtica & vetuit versus pangere, quod nos docet Dio Nicaeus, misso (credo) centurione vel codicillis. Sicque Neroni inimicus factus in conjuratione Pisoniana cecidit, ab imperatore jussus mori annum agens xxvii. Haec si attentè consideres, lector, nonne tibi mirum videbitur vel unicam pagellam ex Lucani scriptis ad nos usque pervenisse? Sed desines mirari, si operis pulchritudinem ad mentem revoces, simul & mors Neronis, qui non multum supervixit, judiciorum libertati portam patefecit; ideo tot tantaque de eo auctore antiquorum*

rum egregia testimonia ad nos usque invito Nerone duravere.

Sed nunc pressius agamus. Augustus Virgilii opera laudabat, ejus famam fovebat. Principis exemplum in aula lex est. Nero Lucanum oderat, ejus opera suggillabat, famam premebat, versus pangere vetabat, poëmata ostentari, legi, publicari prohibebat, auctorem denique occidit. Tyranni metus legis auctoritatem obtinet. Sic Maronis Musa, Augusto favente & sublevante, facile se erexit, & primum inter Poëtas epicos locum Æneïde sua firmiter occupavit. Prodiit sequente seculo Pharsalia, quae Nerone invito, premente, & vetante, nihilominus emerit, & per confertos hostes, Neronis adultores frustra sese opposentes, & eorum coryphæo Petronio maligne augurante neglecto, ad summam gloriam evasit. Sed aulicorum favore destituta, licet viribus integris & superante animo, primum locum incassum affectavit, & in secunda sede manere coacta est; non enim sub aequis judicibus

14 JAC. PALMERIUS

cibus res acta est. Ex his praemissis facile est colligere, quare Virgilius sit Lucano praelatus.

Secuta est enim facile posteritas majorum judicium, quibus sub Caesarum domo, eaque Lucano infesta, gentis Juleae vati primas denegare, aut tutum non fuisset, aut saltem ad Caesarum favorem minime idoneum, quandoquidem ob solam elegantiam & nitorem carminum, vano Neroni, & stolide aemulo invisus erat. Tum ipse etiam aliquando nimis libere de Caesarum imperio suam exponit sententiam, ut patet ex quatuor versibus, qui sunt quarti Libri ultimi & extremi

*Jus licet in jugulos nostros sibi fecerit ense*

*Sylla potens, Mariusque ferox & Cinna cruentus,*

*Caesareaeque domus series, cui tanta potestas*

*Concessa est? emere omnes, hic vendidit urbem.*

Et

PRO LUCANO. 15

Et Lib. VIII.

*Tu quoque cum sacro dederis jam  
templa tyranno*

*Nondum Pompeii cineres à Roma  
petiisti.*

Qua certe libertate dicam an audacia? Parum lenocinatus est hominum favori, & eo nomine plus verae gloriae adipisci meruit. Quod vulgarem & notham ex adulationis contubernio natam generose contempsit. Aetatis etiam praerogativa Lucanum oneravit praedicio, & juvit procul dubio Virgilium, qui primo loco multum antea occupato, non potuit inde vel ab aequali deturbari. Tum Virgilio materia grata & laeta, campus planus & apertus, in quo potuit libere exultare, & per amoeniora loca, ut libuit, incedere. At Lucano labos in arcto, quippe intra veritatis historicae cancellos, campus salebrosus, & invidiae flatibus obnoxius, ubi incedendum erat.

Per

-----  
 ----- Per ignes  
 Suppositos cineri doloso.

Ob recentem rerum memoriam, & nepotes superstites, & implicitos avorum famae vel infamiae. Materia fervera, nec semper carminis satis patiens, onus denique laboris immensum, sub quo omnes defecturos non dubitabat dicere Petronius. Has omnes nihilominus salebras facile superavit genius felix, & Pharsaliam suam usque ad miraculum excoluit, licet mora praecipitara ultimam manum septem extremis libris inviderit, si vixisset, castigatiores procul dubio relinqueretur. At qua fronte, dicet hic aliquis, Lucanum audes tantis cumulare laudibus, quem Julius Caesar Scaliger, vir procul dubio doctus, critico aculeo transverberavit, dum *latrare interdum, non canere sibi videri* dixit. Quem doctior filius & nostri seculi lumen Josephus Scaliger adeo contempsit, ut vix ei *medium locum,*  
*for-*

*fortasse nec subsellia quidem in penetrabilibus poëtices relinquat.* Sic enim ille loquitur in sua ad Mamertum Patiffonem epistola. Certe ego Julii Caesaris sententiam nihil moror, cujus hypercriticon multum audaciae, parum judicii habere docti viri pridem notaverunt, & scriptis editis testati sunt; cujus alios carpendi & exagrandi studium, & τὸ ἐπισινδὸν magis Sophistam decere, quam Philosophum, maximos in litteris viros olim notantes audivi, dum de ejus adversus Cardanum *ἀντιμαχία* judicium faciebant. At si quis alius, ego sum unus ex iis, qui Josephum Scaligerum amant, laudant, mirantur, qui eum Doctorum sui seculi coryphaeum esse lubens ubique praedico: absit tamen, ut tantum possit apud nos ejus (quantuscunque tandem ille fuerit) praejudicium, ut non liceat obloqui, veritatem tueri, & unicuique, quod sentiat, libere pronuntiare: praesertim cum ille non docuerit, in suis ad Manilium prolegomenis, quo, ut ita dicam, oestro percis-

tus in eximium Poëtam debacchatus fuerit : nempe contentionis & rixae calore, quae cum insigni quodam Mathematico & Poëta (quem non nominat) ei intercessit, *qui Lucanum non solum ut summum Poëtam, sed etiam ut praestantissimum astrologum & geographum mirabatur.* Nec non cum alio Hispano acerrimi judicii (ut ait ipse) viro (is autem erat Petrus Jacobus, ut ex Clavii Bambergensis in Sacroboscum commentario didici) quem felici & commoda paucorum versuum in proprium locum revocatione, sententiam Lucani explanasse, & sic ejus loci reprehensionem, quam in sua Manilii προειδώσει publicaverat, facile eluisse dolebat. Erat enim ille heros alioqui numquam satis laudatus nimio plus ισχυρογνώμων, & qui minime omnium patiebatur sibi vel jure contradici. Tum ingratis Lucani laudes audiebat, eo quod judicium patris sui quodammodo fugillare videbantur. Hinc illae lacrymae, inde ejus in Lucanum odium, jurgio & irae impetu lon-

longius proVectum, quam tantum virum decuit. Verum, quandoquidem vacat, & licet, juvat etiam accuratius videre, jure an injuria tantum hominem, tot retro seculis fato functum, ad invidiam retraxerit : licet enim pateat ex ipsis Scaligeri scriptis, & illum Hispanum, & quendam etiam alium anonymum, Poëtae famam scriptis vindicasse : Tamen cum eorum scripta forte numquam edita fuerint, saltem in manus nostras numquam devenerint, & in Scaligeri ad ea scripta responsionibus (quae in secunda sui Manilii editione extant) multa sint nova ἐγκλήματα, vel eorum fulcimenta, operam, credo, iussisse non dicar, nec actum agere, si tanti viri tantis assultibus umbonem etiam nostrum (sive parmulam dicas) opponere, & aliquid pro me dicere tentavero, quo facta tecta Poëtae existimatio sua maneat, & Scaligeri bilis incassum excanduerit. Quod ut certo quodam ordine fiat, sequar reprehensionum capita eodem ordine, quo ea proposuit in suis ad

Manilium prolegomenis Vir Illustrissimus.

Primum igitur in Maniliana προειδώς illud Lucano, ut ipse loquitur, ἀτόπημα adscripserat, nempe habitantibus sub Tropico omnia signa recte oriri, & recte occidere. Sed ut vidit, facili quinque versuum transpositione evanuisse illud incommodum, in secunda editione, *manere nihilominus aliud ἀτόπημα*, dicit, nempe umbram inter Tropicos semper in austrum cadere, quod ut attribuere Lucano jure videatur, hos versus profert, qui extant Lib. III

*Ignorum nobis Arabes venistis in  
Orbem,  
Umbras mirati nemorum non ire si-  
nistras.*

*Quasi*, inquit, ἀμφιστοιός *necesse sit umbras semper ire sinistras, vel in austrum, quid opus erat mirari non sinistras umbras in nobis? quae ipsis etiam aliquando non sinistrae sunt. Lucanus dixerat loca sub Tropico esse ἀνομα, & statim*

*statim ultra Tropicum umbras jaci, & quidem in austrum, doctus ille vir vult sub aequinoctiali umbras austrinas jaci, hoc est κανὼ κανὼν ἰασασθαι. Haec ille. In quibus fateor me ignorare & mirari, quare non admittit umbras austrinas jaci sub aequinoctiali, cum necesse sit toto fere sex mensium spatio id accidere ibi habitantibus, quos ipse recte ἀμφιστοιός nominavit. Non capio igitur quid sibi vult, dum id asserere vocat κανὼ κανὼν ἰασασθαι; hoc enim culpa Lucanum omnino liberat, qui dum canit,*

*At tibi, quaecunque es Lybico gens  
igne dirempta,  
In noton umbra cadit, quae nobis  
exit in arcton.*

intelligit manifesto gentes ultra Tropicum Capricorni ad austrum longius remotas. Nam si, quod vult Scaliger, intellexisset gentes statim ultra Tropicum Cancri habitantes, non dixisset, *gens quaecunque es.* Quae forma loquen-

di ignotas gentes, & earum nomina ignorabilia significat, quae enim statim ultra Tropicum, illi adeo notae erant, ut ipse inferius Meroën describat, & ejus Sylvas Lib. x. Indi, Arabes, Troglodytae, Aethiopes, Garamantes, Lybes, gentes erant statim ultra Tropicum habitantes, quas noverat, & pluribus locis nominat. At gentium ultra Tropicum australem habitantium nomina ut plurimum ignorabantur eo seculo. Ut igitur eas indigaret, dixit, *gens quaecumque es*. Per Lybicum autem ignem Zonam torridam procul dubio intelligit, quam Ptolemaeus & alii Geographorum filii Lybiae interiori conterminam faciunt, & quam eo seculo omnes inhabitabilem credebant, ideoque usus est voce *dirempta*, multum inter eas terrae desertae, & inhabitabilis esse innuere volens. Quod autem ad Arabas. Optime Lucanus eos inducit mirantes umbras sibi non ire sinistras, & ira prorsus hoc loco transversum egit virum magnum, ut hoc reprehenderet: qui si rationem tem-

temporis habuisset (ut erat in eo eruditionis genere consummatissimus) profecto Poëtam, unico verbo mire clima ejus gentis, & tempus Pharsalici belli indignantem, non potuisset non laudare.

Pharsalica pugna commissâ est, ipso Caesare vel Oppio teste Lib. III. de bello Civili, circa solstitium aestivum, quo tempore fruges jam maturae erant (nam in Graeciae partibus fruges maturae fieri ea anni tempestate testatur Thucydides Lib. III. p. 182.) jure igitur Arabes australes mirati sunt umbras sibi non ire sinistras ea anni tempestate, qui in sua patria eas eo tempore semper sinistras habebant. Et sic etiam intelligendus Solinus, qui Cap. xxxv. ait, umbras, quae nobis dextrae sunt, illis esse sinistras. Itaque doctissimus Hugo Grotius, Musarum Batavicum decus, quem honoris causa nomino, in locupletissimo, quem ad Lucanum suum concinnavit, indice, *non per numquam* interpretatus optime est; quasi dixerit Poëta *numquam ire sinistras*.

Et sufficere haec responsio ad plures apud Scaligerum locos, ubi hoc nomine Lucanum injuste exagitavit. Quem tamen injustius accusat, perperam meridiem sub Tropico assignasse, in Manilii sui προειδώςει, licet Lucanus expresse dixerit de Tropico Lib. IX.

*Sic quoque nil obstat, Phoebus cum  
cardine summo  
Stat librata dies.* ——— ———

quod nulla alia ratione evincere conatur in sua ad Patissonem Epistola, quam quod, ita credidisse veteres astrologos ante Eratosthenem & Hipparchum, asserit. Sed supervacanea videtur defensio hujus accusationis, à qua tacite discessit in secunda Manilii sui editione, ubi contentus est Lucano adtribuere; quod crediderit, nullam umbram sub Tropico jaci omni meridiano tempore, quamquam parallelus sub cancro non omnis anni tempore, sed solo solstitii die sit ðonuos. Quod scilicet in Lucano legebat Lib. II.

————— *Umbras numquam vertente Syene.*

Et ait in Epistola ad Patissonem: *Ineptam defensionem instituire, qui volunt (nusquam) in Lucano legi.* At non ille solus (quicumque tandem fuerit, qui hac dissensione usus est) sic legi debere pertendit. Sed exemplaria, quibus utebatur Johannes de Sacrobosco anno salutis circiter MCCXXXII. sic habebant, & sic laudatur is versus in sua sphaera.

————— *Umbras nusquam flectente Syene.*

*At utro modo legas, idem est, utrumque reddit epitheton perpetuum ðonuos, quod ille adtribuit Syenae. Idque ante nos Macrobius reprehenderat in Lucano.* Haec ait ad Patissonem, & plura quae vide, ubi Meroën cum Syene ita confundit, ut vix dici possit, quid sibi velit, credo cum ultro illis



tenebris sententiam suam obnubulasse, ne manifesta fieret suae causae eo in loco infirmitas. Nam ut respondeam ad illud, *utro modo legas idem est*. Et ad illud, *nam neque Lucano hoc modo melius est*, dico utro modo legas non idem esse, nec tamen pejus esse Lucano, & utrumque *nusquam* vel *numquam* sensum habere egregium & commodum, licet diversum.

Primum enim, si legatur *nusquam* cum Johanne de Sacrobofco, quia ignorat Syenem, eo potissimum nomine, apud Romanos & omnes Europaeos famigeratam, quod solstitio aestivo meridiano tempore *nusquam* umbras emitteret? Ideo certe ac jure *ἀσκιος* perpetuo epitheto dicta fuit, quoniam scilicet sola erat in toto Imperio Romano urbs celebris, quae id praestaret (erat enim ultima urbs Imperii Romani meridiem versus, quod etiam dixit Plinius Lib. XII. Cap. 4.) quod mirum boream habitantibus videbatur. Nam ut *ἀσκιος* sit ejus proprium & perpetuum epitheton, non est

est necesse, eam totius anni tempore in meridie *ἀσκιον* esse, non magis quam mane, & vesperi. Sed satis est tale epitheton eam necessario distinguere ab omnibus aliis civitatibus notis & frequentatis, quae Imperio Romano parebant. Imo satis est eam primam occurrere, in qua id accidat, ut dicatur *ἀσκιος* respectu totius arctoi mundi. Itaque omnes fere antiqui, qui de e mentionem fecerunt, id imprimis peculiare in ea notaverunt. Strabo Lib. II. Τὸν γὰρ τροπικὸν κατὰ Συήνης κείσθαι συμβαίνει, διότι ἐνταῦθα κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς ἀσκιὸς ἔστιν ὁ γνώμων μέσης ἡμέρας. Et rursus eodem Lib. ἐν δὲ Συήνῃ, καὶ Βερενίῃ, τῇ ἐν τῷ Ἀραβίῳ κήρπῳ, καὶ τῇ Τραγλοδυτικῇ, κατὰ θερινὰς τροπὰς ὁ ἥλιος κατὰ κορυφῆς γίγνεται. Et Lib. XVII. de eadem urbe. Ἐνταῦτα πρότον ὁ ἥλιος κατὰ κορυφὴν ἡμῶν γίγνεται, καὶ ποιεῖ τὸς γνώμωνας ἀσκιὸς κατὰ μεσημβριάν. Plutarchus Libro de Oraculorum defectu, ἐπὶ τὸς μὲν ἐν Συήνῃ γνώμωνας ἀσκιὸς μηκέτι φαίνεσθαι περὶ τροπὰς θερινὰς (ἀνάγκη) pag. 411, Arrianus in Indiciis.

ἔπει καὶ ἐν Συήνῃ τῇ Ἀιγυπτίῃ, ἔπειδ' ἀποδε-  
 παὶς ἀγὴ θέρεος ὄρη ὁ ἥλιος, Φρέαρ ἀποδε-  
 δειγμένον ἐστὶ, καὶ τέτον ἄσκιον ἐν μεσημβρίῃ  
 φαίνεται. Pausanias in Arcadicis: χρό-  
 νον μὲν δι τὸν ἴσον, ἔπεισι τε ὁ ἥλιος τὸν ἐν  
 τῷ ἔρανῳ Καρκίνον, καὶ ἐν Συήνῃ τῇ πρὸς  
 Αἰθιοπία, ἕτ' ἀπὸ δένδρων, ἕτ' ἀπὸ ζώων  
 γένεσθαι σιάν ἐστὶ. Ammianus Marcel-  
 linus Lib. xxii. *Dein Syene, in qua  
 solstitii tempore, quo sol aestivum au-  
 strinus cursum extendit, recta omnia  
 ambientes radii excedere ipsis corpori-  
 bus umbras non sinunt, &c. Idem &  
 invenias in recentioribus. Eustathius  
 in Dionysium Periegeten Lib. i. Πάλ-  
 λι δὲ ἐν ταῖς ἰσορίαις ἢ Συήνῃ, ἀπὸ Συήνε  
 τινὸς ἕως κληθεῖσα, ἐν ἣ Φρέαρ εἶναι Φασὶ  
 τὰς θέρινὰς τοῖς ἐκεῖ διασημαίνον τὸ ἥλιος  
 τροπὰς. Patet igitur ex his locis Sye-  
 nae epitheton ἄσκιος jure attribui,  
 & ex eo non debuisse inferre Scalige-  
 rum, credidisse Lucanum sub Tropico  
 vel perpetuam meridiem, vel in meri-  
 die toto anni tempore nullam umbram  
 jaci. Sed & alia etiam ratione jure  
 dicitur ἄσκιος, nempe, quod ea & si  
 quae*

quae est alia civitas, quae tropico sub-  
 jaceat magis est ἄσκιος, id est pluribus  
 diebus nullas umbras jacet, quam alia  
 loca, quae magis vergunt ad meri-  
 diem, & sunt aequinoctiali proximiora,  
 quod infra docebimus suo loco.

Nunc, ut plena fit, & omnibus abso-  
 luta numeris nostra defensio, videamus  
 an pejus erit Lucano, si *numquam*  
 cum Macrobio legamus, quod distri-  
 cte nego. Nam ut ἄσκιος est proprium  
 Syenes epitheton omnibus borealibus,  
 ob causas superius explicatas; sic ἑτε-  
 ρόσκιος est illius proprium & perpetuum  
 epitheton, omnibus austrum habitan-  
 tibus, quorum respectu bene dicitur,  
*numquam umbras flectere*, cum sint  
 ἀμφίσκιοι, & umbrae apud illos, mo-  
 do in austrum, modo in boream fle-  
 ctantur. Nec mirum, aut novum vi-  
 deri debet tale loquendi genus in Lu-  
 cano Romano, & boream habitante,  
 quando Aeschylum ita locutum esse  
 (in Protheo credo) testatur Eusta-  
 thius ad Odyss. Δ. de Canobo civitate,  
 quam vocavit ultimam terrae; ἐστὶ πό-

λης Κάνωβος ἐσχάτη χθονός; non enim  
 est ultima terrae nisi respectu gentium  
 in Africa ad austrum habitantium:  
 respectu vero Graeciae, ubi scribebat  
 Æschylus, prima terrarum erat, non  
 ultima. Sita enim erat ad littus ma-  
 ris mediterranei. Cum igitur prima  
 occurrat Syene ab austro versus Ægy-  
 ptum tendentibus, in qua umbræ  
 numquam ad austrum flectuntur; cur  
 non eorum respectu jure dicatur ἐτε-  
 ρόσκιος, & numquam umbras flectens,  
 non video. Quod si non vidit Macro-  
 bius, non ideo damnandus est opti-  
 mus Poëta, & rerum naturæ peritissi-  
 mus; præsertim cum nobis dederit  
 exemplum ipse Scaliger Macrobiani au-  
 ctoritatem detrectandi, quod pluri-  
 bus locis fecit, & jure quidem in suo  
 præstantissimo de emendatione tem-  
 porum opere. Taceat igitur Macro-  
 bius de Lucano, quem dum incon-  
 sultius, nec satis caute aggreditur neo-  
 tericus censor, aperuit suum latus, &  
 dedit locum plagæ. Nam dum asserit

*solo solstitii die Syenem ἀσκιον* sup. pag.

xxv. fieri, certe ipsi male cum Posidonio  
 & Eratosthene convenit, quorum hic  
 apud Cleomedem fatetur, quantum  
 spatium sui orbis solis diameter occu-  
 pat, per simile spatium in orbe terre-  
 stri gnomones umbras non jacere sole  
 verticem tenente. Ille vero asserit so-  
 le vertici Syenes imminente, & ibi &  
 ad 300 hinc inde stadia gnomones ἀσκιος  
 fieri. Ex quo sequitur, solis centrum  
 medium imminere Syenæ die solstitia-  
 li, & ejus peripheriam extendi ultra  
 & citra, ita ut pars australis immineat  
 locis ultra Syenem ad 300 stadia fitis;  
 pars vero borealior locis citra Syenem  
 ad idem spatium fitis. Cum igitur  
 300 stadia in terræ peripheria dimi-  
 dium gradum excedant, sequitur ex  
 Schol. 33. sexti diametrum solis in sua  
 sphaera plusquam dimidium gradum oc-  
 cupare. Quod convenit cum Aristar-  
 chi Samii apud Archimedes, ipsius  
 Archimedis, Albateni, Copernici de-  
 nique sententiis, quorum qui minus  
 30 minutarum, qui multum 34 fere  
 spatium dant diametro solis.




*d.* & sic duae rectae lineae *k i. d.* & *b. i. d.* habebunt unum & idem segmentum commune *i. d.* quod est absurdum. Non est ergo recta *d. i. k.* nec radii solares umbram finientes per rectam lineam fluentes à spatio *d. c.* per summum gnomonem *i.* cadent in *k.* sed pars Solis excedens punctum verticale illuminabit spatium *b k.* & ideo consumitur umbra gnomonis undequaque illuminati. Rursum, cum centrum Solis *e.* in tali positione distet à puncto solstitiali *d.* minutis 15 per hypotesin; tale vero declinationis spatium incidat in 21. gradum 50 minutas signi Geminorum ante solstitium, & in gradum 8. minutas 10. Cancrì post solstitium (ut ex tabulis declinationum Solis Clavii Bambergensis & aliorum constat) manifestum fiet per eandem demonstrationem, quod, dum centrum Solis ab illo Eclipticae puncto ad principium Cancrì punctum solstitiale per 8 gradus 10 minutas progreditur, & per aequale spatium à solstitio recedit, nullam umbram jactit gno-

gnomon in Syenae climate, quod Eclipticae spatium (scilicet gradus 16. minutas 20) dies fere 17 absument, dando unicuique diei minutas 59. sect. 8. juxta vulgarem astronomorum computationem. Per septemdecim igitur fere dies circa solstitium in Syenae climate nullas umbras jaciunt gnomones, & est Syene *ἀσυνος*, quod probandum erat. Ergo ipse Scaliger in suo de emendatione temporum egregio tractatu, ubi ratione agit, sine ira & mentis concitatione, de solstitio sic loquitur pag. 308: *Nam observatio solstitiorum operosissima & aleae plenissima*, quod Sol per Tropicum plurimos dies immoretur, *quo fit ut incrementa dierum circa illa puncta divitissime sint ἀνεπίσθητα.* Nam si plurimos dies per Tropicum Sol immoretur, per plurimos etiam dies Syene est *ἀσυνος*, quae Tropico subjacet. Quod si quis pertendat demonstrationem non bene procedere, eo quod radius Solis umbram definiens, non à centro Solis, sed ab alia sui corporis parte, per gnomonem ducitur: ra-

dios autem solares omnes à centro, tamquam à lucis fonte, per circumferentiam circumquaque emanare debere per rectas à centro ductas lineas, respondebo: quod si illud verum esset, umbrae corporum numquam absumerentur; sed progrediendo semper majores & obscuriores fierent, quod experientia falsum arguit, & doctrina eclipsium, tantis experimentis confirmata, non patitur: quae asserit umbram terrae in conum desinere, quod non fieret nisi Sol non solum à centro, sed etiam à quavis peripheriae sui corporis parte radios transversos emitteret, quod melius per sequentem intelligetur figuram.

Sit enim corpus Solis, seu peripheria *b. c. d. e.* cujus centrum *a.* Corpus terrae vel aliud quodcunque corpus *f.* Si radii Solis à centro emanant, vel à peripheria per lineas rectas tamquam à centro ductas, manifestum est, rectas *a. h. a. g.* tangentes peripheriam corporis *f.* in *b.* & *g.* quo magis progredientur, eo magis remotiores futuras,



turas, ideoque umbram semper augeri inter lineas *b. l.* & *g. k.* Quod cum falsum fit, & videamus quotidie umbras progressu minores fieri, & tandem absumi, necesse est, Solis superficiem radios emittere non solum, ut à centro directos, ut *e. h. b. m.* sed etiam transversos, ut *b. i.* & *e. h.* Quod dum fit, cum sit Sol major omni corpore terrestri, necessario umbrae absumuntur, ut videre est in rectis transversis *e. h. i. b. g. i.* quae cum non sint parallelae, eo quod spatium *b. e.* majus est spatio *h. g.* concurrunt in *i.* & umbra *g. h. i.* fit turbinata, seu *κονοειδής*. Manet igitur inconcussa nostra demonstratio, & ruit magni viri assertio, qui non felicius, nec meliori fide agit cum Lucano, dum fingit, eum credidisse Meroën in ipso solstitio *ἄνοιον* esse, eo quod de ea cecinerit Lib. X.

————— Quae quamvis arbore  
multa  
Frondeat, aestatem nulla sibi miti-  
gat umbra.

Li.

*Linea tam rectum mundi feris illa  
Leonem.*

Quod non est ita stricte & mathematice accipiendum, ut nullam per totam aestatem umbram admittat, sed tam exiguam, ut non possit mitigare intentissimos ejus climatis calores. Nam cum Syene per septemdecim dies non habeat umbras meridianas, fatemur tamen, id tantum accidere per quatuor dies circiter Meroae, eosque non continuos, sed per duos duntaxat, Sole gradum Tauri quartumdecimum tenente, & totidem dum sex undecimum Leonis occupat. Ideo est minus *ἄνοιον*. De solstitio vero ne verbum quidem Lucanus facit: nam summa aestas (ut credo) debet intelligi cum Sol culminat, quod fit in climate *διὰ Μεσοῦς*, Sole Taurum & Leone tenente, non in solstitio. Sed melius erit hoc loco Lucanum & ejus cultores. autoritate magni viri in litteris, nec ipso censore forte minoris, defendere, Cl. Salmasium intelligo, virum ad miraculum

C 4

do.

doctum, & quem alterum Galliae portentum jure nuncupare possum. Is in suis ad Solinum absolutissimis & πολυμαθεστάτοις commentariis, sic ait pag. 422. Edit. Paris. Ita certe opinatur Vir magnus, hanc nimirum fuisse Lucani sententiam, tam Syenem, quam Meroën ἀνοιῖς esse toto Solis per Cancrum & Leonem transitu. Ignoscant mihi viri summi manes, hoc prorsus falsum est. Diversa quippe fuit veterum opinio de Syene, & Meroë, quantum ad ἀνοιότητα, ut ita loquar. Syene sub aestivo Tropico Cancrici in ea solstitii medio die nullam umbram Jaci scribit Plinius Lib. II. c. 73. Idem ibi tradit apud Meroën (quae à Syene 100. stadiorum abest) bis in anno umbras absumi, Sole duodevicesimam Tauri partem, & quartamdecimam Leonis obtinente. Diversis igitur temporibus Syene & Meroë ἀνοιῖ: Illa tunc, cum certam partem Cancrici Sol obtinet: Haec vero eo die, quo Sol certam Leonis partem ingreditur. Lucanus quoque diversum tempus ἀνοιότητας his

dua-

duabus urbibus assignavit, de Syene loquens,

————— Cancroque suam torrente  
Syenem.

Et Lib. VIII.

Nam quis ad exustam Cancro tor-  
rente Syenem.

At de Meroë ita canit,

————— Quae quamvis arbore  
multa  
Frondeat, aestatem nulla sibi miti-  
gat umbra.  
Linea tam rectum mundi ferit illa  
Leonem.

His verbis aperte indicat Meroën ἀνοιῖον esse, cum Sol per Leonem transit. Haec vir doctissimus & plura. Sed ne transcribere ejus lucubrationes videamur, id solum adjiciemus, quod addit paulo post de duobus dodecatemoriis, in quibus pertendit Scaliger ad

C 5

Paris



Patiffonem Lucanum credidisse, & veteres omnes, solem stetisse. *Praeterea, cum umbras numquam stectentem Syenem de toto anno capere non possumus; cur de duobus mensibus potius, quam de uno accipiemus. Fallitur denique vir incomparabilis, qui meridiem perpetuum sub Tropicis assignasse veteres, eoque nullas usquam umbras ibi extitisse, affirmat. Lucem quidem ibi perpetuam, non μεσημεριαν collocaverunt.* Et paulo post. *Postremo, & si concedimus (quod verum est) putasse veteres per integrum signum solem stare, unde solstitium: non tamen dabimus stetisse semper ἐν τῷ μεσημεριῳ νέρῳ, & perpetuam fuisse meridiem; quod absurdissimum est, nec umquam creditum veteribus, nec Lucano.* Haec Vir omni laude major, alioqui Josephi Scaligeri cultor, & amicus. Sed ille cultus (ut probum virum decet) manfit citra veritatis studium, quae ideo tranfcipsumus, ne quis dicat nos solos pro Lucani fama indignari. Sed ad reliqua. Pergit rursus Vir sum-

mus,

mus, & in Hispanum invehitur in suis prolegomenis, & cur, inquit, *patitur Hammonis oraculum esse sub xxiv. partium latitudine, non ut est sub xxix.* Certe si Ptolemaei numeri bene se habent, ipsum oraculum est sub xxix. gradu. Sed Ptolemaei numeros in plerisque locis corruptos esse pridem notaverunt docti. Et quicumque cum cura Ptolemaeum tractavit, is verum esse deprehendet. Nec potest iis plena fides adhiberi, nisi aliunde accedat positionis locorum confirmatio. Et cum hodie omnino ignoretur, ubi olim situm fuerit Hammonis Oraculum, ex solis Ptolemaei numeris affirmat Scaliger, id situm fuisse sub vigesimo octavo gradu. At tam bene, imo melius ex Lucano corrigi potest, Ptolemaei numerus, quam ex Ptolemaeo Lucanus. Non enim tam facile mutari potuerunt Lucani versus, quam Ptolemaei litterae numerales. Sed demus certum esse, Hammonis templum fuisse sub vigesimo octavo gradu, Poeta totam late circumjacentem regionem potuit intel-

intel-

intelligere, quae eodem nomine Hammonis nuncupatur. Nam ut ait Pindarus verus Scholiastes ad haec verba Pythiorum ode iv. Διὸς ἐν Ἀμμωνος θεμέλοις (ubi Pindarus ipsam Cyrenem in Hammonis fundo ponit) πᾶσα ἡ χώρα ἀφιέρωται τῷ θεῷ. Et Stephanus Byzantinus in Ἀμμωνία. Et in Λιβύη ait, totam Lybiam Ammoniam vel Ammonida vocari, & Alexandrum Polyhistorum laudat, ut etiam Synesius Epist. 148. Hammonis sales dicit vocari salinas quasdam fossiles, ad austrum jacentes ad summum quatuor gradus, qui sunt 80 Leucæ Gallicæ, quod spatium respectu totius mundi non est adeo immensum, ut non poterit Poëta arripere inde occasionem de solstitio loquendi. Sed ad exactum aurificis stateram Poëtae verba quaeque ponderat rigidus censor, qui tamen in hac nota utcumque tolerari potest; in sequenti vero nullo modo. Quare, inquit continuo, dissimulat à populari suo putari esse locum, ubi omnia signa orientur recte, occident recte. Certe illa  
non

non sunt tolerabilia reliqua absurditate, qua signa sub Tropico recte oriri dicit; an praes est Lucano & omnem ejus culpam praestare paratus? Quasi vero, si in aliquo loco Lucanus peccaverit, non liceat in caeteris, ubi cum eo inique agit, ejus famam tueri. Locus Lucani, unde concludit Lucanum credidisse esse locum, ubi omnia signa orientur, & occident recte, est Lib. IX.

*Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit  
Rectior; aut Aries donat sua tempora Librae.  
Aut Astraea jubet lentos descendere Pisces,  
Par Geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens  
Humidus Aegoceros, nec plus Leo tollitur urna.*

Hoc loco, quando de astrologicis quaestio est, melius erit verbis insignis fati astrologi Johannis de Sacrobosco respon-

respondere. Ille sic in sua sphaera. *Est enim regula. Quilibet duo arcus Zodiaci aequales, & aequaliter distantes ab aliquo quatuor punctorum jam dictorum, aequales habent ascensiones; & ex hoc sequitur, quod signa opposita aequales habent ascensiones; & hoc est quod dixit Lucanus Lib. IX. Citar deinde versus supra dictos, deinde subjicit. Hic dixit Lucanus, quod existentibus sub aequinoctiali signa opposita aequales habent ascensiones, ad quae sic commentatur Clavius Bambergensis. Non enim voluit Lucanus omnia signa in sphaera recta, recte: & nullum oblique oriri, ut perperam interpretantur Sulpitius, & omnes Interpretes Lucani. Hoc enim falsum est; sed solum voluit nullum rectius oriri, vel obliquius suo opposito, quamvis quaedam ibi recte orientur, quaedam oblique. Ad haec ne verbum quidem addam, cum satis superque pateat, sententiam Poëtae cum summis astrologis concordare. Pergit deinde Aristarchus, & excuset (ait) si potest obsecro*

cro illud Lib. X., quod eodem tempore

————— Mutator circulus  
anni

Aegoceram Cancrumque tenet. —

ex duobus Tropicis unum facit, & ridiculi sunt, qui excusant, aut interpretatione adjuvant; non enim magis suis interpretamentis mihi illa probabunt, quam ubi dicit, *Cancri sidera mista esse Leoni*. Ego vero, magne Vir, non ero ridiculus, neque nunc excusabo: superfluum enim, neque interpretatione adjuvabo, quae per se satis stant sine adminiculo, nec tibi (qui nunc in facie omnipotentis meliora contemplaris) illa probare conabor. Sed bono & aequo Lectori (credo) satisfaciam. Simpliciter enim negabo (quod etiam antea fecit anonymus quidam, ut patet ex tua ad Patiffonem epistola) per circulum anni mutatorem intellexisse Lucanum Tropicum, quod pertendis & nominis etymo

mo probare autumas. *Mutator*, ais ad Parifionem, non ad verbum est τροπικὸς. Certe τρέπειν aliquando pro mutare sumitur, sed metaphorice. Proprie vero & primario *vertere* significat, idque tam active, quam passive. Active enim *vertere aliquid*, seu *fugare*, significat: passive vero τρέπεσθαι *vertere se*, id notius est, quam ut exemplis indigeat. Ideo circulus Tropicus, vel quod Solem τρέπει, pellit, & fugat statim, ac ad illum accedit. Vel quod Sol τρέπεται, se convertit ad aliam partem, & eadem de causa solstitia dicuntur Graecis τροπαί, & ab hoc etymo deducit Aristophanes in ἐκκλησιαζέσαις, hisce verbis: ἐπειδὴν πρῶτον ἥλιος τράπη; ad quae verba Scholiastes: εἰς χειμερινὴν δηλονότι τροπὴν; non enim Sol mutatur, sed vertitur. Non igitur est *mutator anni*, sed *conversor Solis*. Non enim mutat anni temperiem Tropicus, imo viget in uno calor, & perstat, in altero frigus, & tunc remotissimus est annus ab omni mutatione,

Stat.

Statque uno natura loco, —

ut ait Manilius. Quis erit igitur *mutator ille circulus anni*? procul dubio Colurus solstitiorum, qui jure mutator dicitur, quando uno sui puncto aestatem adultam facit, altero profundam hyemem. Cum autem ille circulus, quem lacteo circulo coïncidere Macrobius ait, in Somnium Scipionis Lib. 1. p. 47. per Cancri & Capricorni principia transeat, jure dicitur ab Lucano,

Ægoceram Cancrumque tenet. —

Sed ut planior fiat Poëtae sensus, ejus versus à Scaligero notatos ponam,

— Immensæ Cyllenius arbiter  
undae est.

Hunc ubi pars Coeli tenuit: qua  
mista Leonis  
Sidera sunt Cancro, rapidos qua  
Sirius ignes  
Exerit, & varii mutator circulus  
anni

D

Ægo.

*Ægoceram Cancrumque tenet, cui  
subdita Nili*

*Ora latent: quae cum &c.*

Hos versus sic pedestri oratione redde: Mercurius, inquit, praefidet aquis; ideo, quando est in ea parte Coeli, ubi Cancri & Leonis constellationes adeo vicinae sunt, ut mistae videantur, & quaedam stellae sint ambigui juris, cui parti Coeli Sirius proximus est, & *συνανατέλλει* (Aratus versu 590. &c.) scilicet prope Colurum, per Ægoceri & Cancri principia transeuntem, cui Cancro Nili ora, seu fontes dicuntur subjacere, licet id lateat, & non penitus cognitum sit. Tunc &c. Hic meo judicio est sensus Lucani planus, & nulla interpretatione adjuvandus, in quo carpendo eo est iniquior vir magnus, quod Poëta hoc loco non profert suam de Nili incrementis sententiam; sed Ægyptium quemdam inducit, omnia, quae de ea re bene male à pluribus differebantur, enarrantem. *Sed Lucanus,*

*canus,* ait censor ad Patissonem, ideo Cancrum Leoni miscet, quod putavit, Solem per duo illa dodecatemoria stare. Proh Deum fidem! Istuccine est bona fide agere? Aut potius opinionum monstra Lucano affingere, nullo labore, nulla Herculea clava proterenda? Ubi nam hoc dixit Lucanus? Sed respondere ad ea superfluum foret, cum Salmasium supra introduxerimus respondentem. Sequitur deinde ejus loci censura, qui extat Lib. III.

*Tunc furor extremos movit Romanus  
Orestas,  
Carmanosque duces, quorum deflexus  
in austrum  
Æther, non totam mergi tamen aspicit  
arcton,  
Lucet & exigua velox ibi nocte  
Bootes.*

In quo loco plura reprehenderat in Maniliana *προειδώσει*. Sed in secunda editione culpam deprecatus ob sui co-

dicis mendum, contenrus fuit illud so-  
lum carpere, quod de Boote dixit  
Poëta his verbis: *Sed de Boote, quod  
subjicit, exiguam partem noctis Luce-  
re, frustra est; nam in illo tractu ni-  
hil habet privatim ab aliis tractibus  
Bootes, sed ibi totus oritur vespertino,  
septimo Aprilis, totus occidit XIII Ju-  
ni.* Lucani Astrologiam ego non magis  
hic intelligo, quam quod plin. &c. Sed,  
ô bone, quid Aprilis & Junius hoc  
loco faciunt? non enim de mensibus,  
sed de noctibus loquitur Poëta; quod  
si vis illum Sphingem esse, ego certe  
ero OEdipus. Nullo enim negotio sol-  
vam illius aenigmatis nodos, in quo  
fufius aliquanto differendum est, non  
ob rei obscuritatem, sed in gratiam  
tyronum, quos ἀναστρολογητὲς ὄντας,  
tanti viri, & tanti in mathematicis no-  
minis autoritas fortasse raperet, nisi  
planissime demonstraretur, veram &  
probam esse Lucani Astrologiam.

Tres dicuntur esse sphaerae situs,  
recta, obliqua, & plana, quae & ja-  
cens,

cens, & μολοειδής dicitur. In sphaera  
recta omnia astra sunt ἰσοφανερὰ, nam  
per duodecim horas morantur, supra  
hemisphaerium, & totidem infra. In  
plana, una medietas Coeli est ἀειφανερὸς;  
altera prorsus ἀφανής. In obliqua vero,  
prout situs regionum magis aut minus  
ad Polum accedit, habet circulum cir-  
ca Polum τῶν ἀειφανερῶν majorem vel  
minorem; ut & oppositum ei circulum  
τῶν ἀφανῶν circa Polum oppositum. Ro-  
mae igitur, ubi scribebat Lucanus, ubi  
elevatur Polus arcticus gradus 42.  
pars Coeli ἀειφανερὸς diametrum habet  
graduum 84. nempe duplum elevatio-  
nis, secundum Coeli convexum. At  
in Carmania Australi, quae sita est in  
xx. elevationis gradu secundum Ptole-  
maeum, circulus semper apparentium  
diametrum habet tantum gradus 40.  
Necesse est igitur stellas omnes, quae  
inter duos illos circulos intercipiuntur,  
esse Romanis quidem ἀειφανερὰς,  
Carmanis vero non item. Sed his o-  
riuntur & occidunt, & plus temporis

dicis mendum, contentus fuit illud solum carpere, quod de Boore dixit Poëta his verbis: *Sed de Boote, quod subjicit, exiguam partem noctis Luce-re, frustra est; nam in illo tractu nihil habet privatim ab aliis tractibus Bootes, sed ibi totus oritur vespertino, septimo Aprilis, totus occidit XIII Junii.* Lucani Astrologiam ego non magis hic intelligo, quam quod *Plin. &c.* Sed, ô bone, quid Aprilis & Junius hoc loco faciunt? non enim de mensibus, sed de noctibus loquitur Poëta; quod si vis illum Sphingem esse, ego certe ero OEdipus. Nullo enim negotio solvam illius aenigmatis nodos, in quo fufus aliquanto differendum est, non ob rei obscuritatem, sed in gratiam tyronum, quos *ἀναστρολογητὲς ὄντας*, tanti viri, & tanti in mathematicis nominis autoritas fortasse raperet, nisi planissime demonstraretur, veram & probam esse Lucani Astrologiam.

Tres dicuntur esse sphaerae situs, recta, obliqua, & plana, quae & ja-

cens,

cens, & *μυλοειδὴς* dicitur. In sphaera recta omnia astra sunt *ἰσοφανερὰ*, nam per duodecim horas morantur, supra hemisphaerium, & totidem infra. In plana, una medietas Coeli est *ἀειφανερὸς*; altera prorsus *ἀφανὴς*. In obliqua vero, prout situs regionum magis aut minus ad Polum accedit, habet circulum circa Polum *τῶν ἀειφανερῶν* majorem vel minorem; ut & oppositum ei circulum *τῶν ἀφανῶν* circa Polum oppositum. Romae igitur, ubi scribebat Lucanus, ubi elevatur Polus arcticus gradus 42. pars Coeli *ἀειφανερὸς* diametrum habet graduum 84. nempe duplum elevationis, secundum Coeli convexum. At in Carmania Australi, quae sita est in xx. elevationis gradu secundum Ptolemaeum, circulus semper apparentium diametrum habet tantum gradus 40. Necessè est igitur stellas omnes, quae inter duos illos circulos intercipiuntur, esse Romanis quidem *ἀειφανερὰς*, Carmanis vero non item. Sed his oriuntur & occidunt, & plus temporis


D 3

vel

vel minus apparent, proüt plus vel minus ad circulum τῶν ἀειφανερῶν Carmaniae propinquae sunt. Cum igitur totum sidus, dictum Bootes, stellis XXII. constet, & una informi, quam Arcturum vocant, earum omnes stellae, quae distant à Polo arctico minus gradus 42. vel qui latitudinem borealem ab aequinoctiali habent majorem 48. gradibus, necessario erunt in spatio Coeli Romae ἀειφανερῶ, quod & notavit Gellius Lib. II. cap. 21. Eae autem sunt novem numero. Caeterae vero omnes, praeter tres, vel habent latitudinem borealem 40 graduum, vel eam excedunt; adeo ut omnes Romanis, ut ita dicam, sint μακροφανεραί. At Carmanis, in 20. gradus elevatione fitis, tota constellatio oritur, & occidit, nulla ejus pars est ἀειφανερός. Stella enim ejus sideris borealissima distat à Polo gradus 22. & totum sidus est in iis partibus βραχυφανεροτέρων, quam in Romano climate. Necessesse est igitur, sive videatur illud sidus

dus vesperi, ut \* \* \* sive mane, ut \* \* \* minore temporis spatio videri in Carmania, & respectu Romani climatis, *exigua nocte lucere*, sive noctis parte, ut vult Scaliger. Si vero quis velit Arcturum debere intelligi, eo quod aliquando Bootes vocetur, & quod multum luceat (id enim vox *lucere* videtur innuere) idem erit? Necessesse est enim ob easdem causas per majorem noctis partem lucere eam stellam Romanis, per minorem Carmanis: & illis multo minus condi infra horizontem, his vero multo plus. Sumatur enim quodvis punctum, seu urbs, seu locus sub Carmaniae meridiano, & in Romae parallelo, seu vice versa (nam unum & idem est) dico stellam Arcturum, & tardius oriri, & citius occidere Carmanis, quam habitantibus in Romae parallelo, & idcirco minore parte noctis lucere, hyeme quidem maxima differentia, aestate vero sensibili, quod sic demonstrare aggrediemur.





Sit circulus meridianus per verticem Carmaniae ductus *b. e. k. m.* cujus centrum *a.* quod & centrum mundi. Polus arcticus *f.* aequator *b. k.* horizon Carmaniae *e. m.* distans à Polo 20. gradus. Horizon loci adsumpti in eodem meridiano & Romae parallelo *d.* *l.* circulus ἀειφανερών Carmaniae *e. g.* Circulus ἀειφανερών Romae *d. h.* Stella arcturus in meridiano distans à Polo gra.

gradus 58. *z.* punctum in meridiano infra horizontem distans à Polo etiam gradus 58. per quod necesse est Arcturum transire, quando movetur circulariter circa Polum *c.* circulus, quem describit, eadem stella *z. c.* intersectio ejus circuli cum horizonte Carmaniae *o.* intersectio ejus circuli cum horizonte loci adsumpti *n.* Dico primo, stellam, dum fertur à puncto *z.* quod est in meridiano supra horizontes utrosque, per occidentem ad punctum *c.* in meridiano infra horizontes, prius interfecare horizontem Carmaniae in *o.* quam horizontem loci adsumpti in *n.* hoc est, prius occidere in *o.* quam in *n.* Dico secundo, eandem stellam, dum à puncto *c.* infra horizontes revertitur ad punctum *z.* supra horizontes, prius interfecare horizontem loci adsumpti in *n.* quam horizontem Carmaniae in *o.* hoc est, prius oriri in *n.* quam in *o.* Cum enim arcus *z. o.* sit major arcu *z. n.* quippe pars totius minore tempore perficietur à stella, & occidet prius in *o.* quam in *n.* quod est primum. Rursus,

si intelligatur stella per alteram partem Sphaerae reverti à puncto *c.* infra horizontes per orientem ad punctum *i.* supra horizontes, quando arcus *c. n.* est pars totius *c. o.* erit minor, & minore tempore stella eum percurrer, hoc est, prius orietur in *n.* quam in *o.* quod est secundum. Inde sequitur, quod sive ea stella videatur mane, sive vesperi, per majorem noctis partem videbitur Romae, & in toto Romae parallelo, quam in Carmaniae parallelo. Quod si quis objiciat, noctes Carmaniae esse longiores aestate, & praecipue circa solstitium aestivum excedere noctes Romanas una hora minutis 52. hoc est, mane min. 56. vesperi totidem, & ideo saltem eo tempore non posse niti veritate Lucani assertionem: Respondeo, etiam in ipso solstitio aestivo minore noctis parte lucere eam stellam Carmanis. Nam cum deprehendatur ex sphaera materiali seu mechanica, arcum *n. o.* intercepte duo interstitia meridianorum ad minimum, quorum 36. totum circulum

lum, seu stellae revolutionem, perficiunt, & tale spatium à stella transcurratur per spatium unius horae min. 20. nam ut se habet numerus 36. ad 24. sic se habet numerus 2. ad 1. & unum tertium. Quanto majus ergo est spatium horae & 20. minutarum, spatio 56. minutarum (quo media nox Carmaniae excedit mediam noctem Romae) tanto tardius recondetur stella in horizonte Romano, hoc est, spatio 24. minutarum in ipso aestivo solstitio. In brumae vero tempore, cum spatium seminocturnum Romae excedat spatium seminocturnum Carmanis 56. minutis, addito spatio unius horae & 20. minut. quo stella tardius secat horizontem, emerget spatium duarum horarum cum 16. minutis. Circa aequinoctium autem vernum, quando ea stella per totam noctem apparet, noctibus in utroque climate aequalibus, emerget sola differentia arcuum *o. n.* & *n. o.* vesperi & mane, quod efficit duas horas 40. minutas per totam noctem, quo tempore diutius lucet stella apud Romanos

nos. Optime igitur Poëta velocem in illis partibus dixit esse Booten, qui tanto minore tempore Coeli spatium ibi permeat. Sed suae velocitati permittatur, & è nostris manibus evadat quam citissime: nimis enim diu super eo moramur.

Nunc audiamus censoris magnos clamores, dum Lucanum ἀκυρολογίας postulat, eo quod de Mercurii stella dixerit,

*Hunc ubi pars Coeli tenuit. —*

*Partem Coeli, ait, ad Mercurii locum, non Mercurium ad partem Coeli pergere dicit. Et idem tinniunt illa,*

*Ægocerum Cancrumque tenet. —*

*Zodiacum, non Solem, dirigit ad puncta solstitialia, & quod mirum, eodem tempore deducit ad Cancrum & Capricornum. Ecce quam parum sibi constat magnus ille vir, per n. utatorem circulum volebat intelligi Topicum sup. p. 47. nunc*

nunc vero Zodiacum. Sed de eo supra. Nunc autem vult, Lucanum credere, Coeli partes ad Mercurium, & Solem moveri. *Non enim dicimus, inquit ille ad Patissionem, meridies tenet Solem, sed Sol meridiem.* At meridies, ò summe vir non, est pars quaedam Coeli, sed tantum relatio situs Solis ad terrae partes; nam Sol, ubicumque locorum sit, facit meridiem, respectu cujusdam regionis, non invenit. Ideo non dicitur de meridie, *quod tenet Solem*; non est enim locus. Secus est de Cancro aut Leone, quae signa sunt Coeli partes cum spatio, quae saepe ab Astrologis vocantur domus & mansiones Planetarum, in quibus etiam, more ab iisdem recepto, dicuntur morari, dum eorum spatium permeant. Cur igitur parum latine loqui arguitur ille, qui dixerit Leonem tenere Solem per 30 dies? Licet Sol moveatur ad signum, non signum ad Solem, cum Leo sit domus Solis. Nam domus solet tenere dominum vel hospitem, licet ea ad dominum aut hospitem

hospitem non accedat : nam Leonem tenere Solem idem est, ac si quis dicat, Solem morari in Leone. Sic Horatius Lib. I. Ode 7.

————— *Seu te fulgentia  
signis*  
Castra tenent. —————

hoc est moraris in castris, aut te tenes castris, ut Caesar loquitur. Exemplum, quod profert ex Livio Scaliger ad Patissonem, nihil facit ad rem. Dixit Livius, tenere portum navem, quae ad portum iter dirigebat. Tenere portum hoc sensu est tenere cursum ad portum, vel rumbum (ut cum Petro Novio & recentioribus nautis loquar) sic dicimus Gallice, tenir le chemin, ou la route. Hoc sensu verum est, quod ait Scaliger ibidem, tenere, esse verbum motus. Si tamen velit nos tralaticie de Sole ita loqui, tunc Sol dicitur tenere Leonem, cum erit in Geminis aut Cancro, quoniam per ea signa dirigit cursum ad Leonem, quae tamen

men locutio (ni fallor) jure cum sibilo exploderetur. Sed concedamus, credidisse Lucanum, signa ad Planetas moveri, & ab accusatorum subselliis in solium judicii transeat ipse Scaliger. Certe Lucanum se iudice culpa liberabit. Non solum enim in sua ad Patissonem epist. talem opinionem tribuit Eudoxo, Metoni, Euctemoni, Arato, Avieno, Ciceroni. Sed plus dicam, ait, non solum illi veteres hac opinione imbuti fuerunt, sed etiam quaedam tabes & contagio ejus mali, ad Principem Astronomiae Hipparchum, atque ab eo ad Ptolemaeum, permanavit. Cur igitur, o summe vir, eo nomine in Lucanum insurgis? cur in Poëta requiris majorem Astronomiae peritiam, quam id seculum patiebatur? Faciunt tua praeclara in Rempub. litterariam merita, ut à me hoc loco nihil durius audias, unum dicam, te plus justo censorio stylo indulgisse.

Sed pergamus ad reliqua, & alteram, ut ipse vocat, ἀκυρολογίαν expendamus, ait Lucanus Lib. VIII.

— Inde

Inde Canopos  
Excipit, australi Coelo contenta vagari.

Canopus, inquit, ἀστὴρ ἀπλανὴς *vagator*, quidni? qui numquam quieticit. Certe ipse Polus si vagari dicitur, id demum esset ἀκυρολογία. At ea, quae indefinenter circa terram immenso ambitu volvuntur, non video, cur non possint vagari dici. Cicero certe, Lib. II. de Natura Deorum, vagum stabili opponit. *Est enim*, inquit, *Philosophi & Pontificis de Diis immortalibus non habere errantem & vagam, sed stabilem certamque sententiam.* Sic & idem Lucanus Lib. I.

Igne vago lustrare juvat. ———

Ne putes eum inconsulto sic locutum; non enim ignoravit Solem ab Ecliptica recedere. Et sic Claudianus Lib. de laudibus Stiliconis *vaga sidera*, nulla

la distinctione videtur dixisse. Sed hic non possum tacere: illud enim est nimii supercilii (ne quid durius dicam) hominem hujus seculi, quo Latina lingua in solis antiquorum libris vivit, putare, se docere posse, Latine loqui antiquos, & inter eos, non quemdam ex Osciā paganum, aut ex Circumpadanis Semi-Boium, aut Naevio aut Pacuvio coevum; sed Quæstorium virum Romæ in aula ab ipso Conopeo educatum, & in ipso Latinae linguae flore eloquentissimum habitum, ut ex pluribus antiquorum testimoniis constat; vel ipsius Quintiliani, qui eum certe oratoribus non ἀκυρολόγοις annumerat. Haec sunt, quibus Lucanum, ut ἀναστρολογητὸν & ἀκυρόλογον, traducere conatus est vir summus. Errores deinde Geographicos exsequitur. *Satis*, inquit, *eam*, Lucani Geographiam, *aperiunt ea, quae supra attulimus, quod Hammonem sub Cancro ponit, & quod magis mirum, fontes Nili. Itaque secundum hanc Geographiam ultra Syegem nullus est Nilus, nulla insula*

E Mes

*Meroë, quae puerilia sunt. De Hamone supra, de fontibus Nili nunc dicendum, quos latere subditos Cancro dicentem inducit Ægyptium, diversas de Nilo sententias, veras, falsas enumerantem, quarum quasdam, ut vanas, rejicit. Non debebat igitur adscribi Lucano ea sententia, seu vera, seu falsa sit: sed tamen videamus, an nullis authoribus id Lucanus dixerit. Imo Juba Rege in rebus Africae fide dignissimo, teste Plinio, cujus haec sunt verba Lib. V. cap. 9. de Nilo: Originem, ut Juba rex potuit inquirere, in monte inferioris Mauritaniae non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem. Et paulo post. Praeterea observatum est, prout Mauritaniam nives, imbreve satiaverint, ita Nilum incrementum. Ex hoc lacu profusus, indignatur fluere per arenosa & squalentia, condisque se aliquot dierum itinere; mox alio lacu majore in Caesariensis Mauritaniae gente Massaesylum erumpit. &c. Inde porro pluribus eum deducit Plinius*

nitus ad Æthiopas, & Meroën. Quod facit etiam Solinus, Plinii perpetuus imitator, sic enim ille cap. 35. de Nilo. *Originem habet à monte inferioris Mauritaniae, qui Oceano propinquat. Hoc Jubam Regem accepimus tradidisse. &c.* Idem & recentiores faciunt, nisi quod eum fluvium Gir cum Ptolemaeo nuncupant, in Nilum tamen eum se exonerare faciunt, adeo ut ejus fontes sint etiam fontes Ægyptiaci Nili, saltem in parte.

Lucanus igitur talis sententiae aucthores non contemnendos habuit. Mauritaniae enim australis limes proxime ad Tropicum accedit, teste Ptolemaeo. Eandem porro de fonte Nili vulgavit sententiam Dio Nicaeus apud Xiphlinum in Severo, ὃ δὲ δὴ περὶ τῆς Νείλης πολλαχῶθεν ἀκριβῶσαις ἔχω, δικαιοτάτος ἐμὶ εἶπεῖν. Ἐκ γὰρ τῆς Ἀτλάντος τῆς ὄρας σαφῶς ἀναδίδεται, τῆτο δὲ εἰς ἓν ἐν τῇ Μακεννίτιδι παρ' αὐτῷ τῷ Ωκεανῷ πρὸς ἐσπέραν &c. Ex quo patet post Lucani tempora centum quadraginta circiter annis eam de fontibus Nili apud Ro-

manos non evanuisse opinionem. Nam paulo post idem Dio: *πλησίον γὰρ οἱ Μακρονίται τῇ Μαυριτανίᾳ τῇ κάτω οὐκίσι*, in quo omnino cum Plinio consentit, & fontes Nili sub Cancro, vel citra, ponit, Idem recitat de Dionis Nicaci sententia Zonaras in Severo. Eandem porro promit de origine Nili Sententiam Pausanias in Atticis p. 32. Eandem Ammianus Marcellinus Lib. XXII. itidem ex Juba. Eandem habuit Duris Samius, antiquus author, qui de Libycis scripsit, quod notavit Tzerzes ad Lycophronem p. 138. Eandem porro Vitruvius cujus haec sunt verba Lib. VIII. cap. 11. *Maurusia, quam nostri Mauritaniam appellant, ex monte Atlante Dyris, qui ortus ex septentrionali regione, progreditur per occidentem ad lacum Heptabolor, & mutato nomine dicitur Nigir. Deinde, ex lacu Heptabolo sub montes desertos subterfluens, per meridiana loca manat, & influit in Paludem Coloë, quae circumcingit Meroën, quae est Aethiopum meridianorum regnum.*

*gnum. Ab hisque paludibus se circumagens per flumina Astasobam & Atlaboram, pervenit per montes ad Cattarraetam, ab eaque se praecipitans per septentrionalem, pervenit inter Elephantida, & Syenem, Thebaicosque in Aegyptum campos, ibi Nilus appellatur.* At quam bene procedat censoris judicium, videat aequus aestimator, qui vult secundum Lucani Chorographiam ultra Syenem, *nullum esse Nilum, nullam Meroën* (nempe si sub Tropico Cancri Nilus originem habet) & id *puerile* vocat. Certe (ne immodestius aliquid dicamus) notanda est hic magni viri magna ἀπροσεξία, qui non cogitavit, fluvium sub Cancro, vel etiam citra orientem, posse versus austrum fluere, & inde verso cursu, *immense longitudinis spatio*, ait Plinius, ad boream remeare, & sic Meroën & Syenem alluere. Ab alio forte, hoc loco, sua verba censori redderentur. Ego vero pudoris cancellos non egrediar; at, inquit, *etiam per Seras Nilum fluere dixit Lucanus Lib. X.*

*Teque vident primi, quaerunt ta-  
men hi quoque Seres.*

Id equidem dicentem Ægyptium in-  
ducit suum fluvium *μεγαλύνοντα*, quo  
sermone nihil aliud voluit innuere,  
quam remotissimos & ignoratos ejus  
fontes esse, & prima fluentia. Quod si  
putavit (ut ait Scaliger, nec ego mul-  
tum repugno) Lucanus cum Virgilio,  
& aliis, Æthiopus & Indos aut eos-  
dem esse, aut gentes conterminas,  
nihil mirum, si Seras adjungit, gen-  
tem sine dubio Indis conterminam.  
Nam eo seculo ignorabantur earum  
gentium veri situs, & intercedentia  
maria, quae postea à Trajano naviga-  
ta, Romanis tamen non adeo fue-  
re notiora, quin Ptolemaeus ipse A-  
fricam circumfluentem esse ignoraret, &  
ejus australem partem Seris per terram  
incognitam conjunctam esse crederet,  
& mare Indicum undequaque terra  
ambiri scripto traderet Lib. VII. cap.  
5. Inde etiam est, quod post Traja-  
num

num Pausanias dixit, Seras esse Æthio-  
pis consanguineos Eliac. Lib. II. pag.  
205. Inde est, quod Virgilius de Nilo  
scribit,

*Usque coloratis amnis devexus ab  
Indis.*

Inde est, quod Procopius Lib. VI. *πε-  
ρι κτίσματος. Νείλος μὲν ὁ ποταμὸς ἐξ Ἰνδῶν  
ἐπ' Αἰγύπτου φερόμενος.* Inde est, quod  
Heliodorus Lib. X. Seras subditos  
Hydaspi Æthiopum Regi facit, nisi  
forte fuerint alii Seres in Africa, de  
quibus loquuntur Lucanus, & Heliodo-  
rus. Inde est, quod Ægyptius ille apud  
Lucanum Nilum per Seras fluere dixit,  
ut illum à remotissimis regionibus  
fluere innueret. Quod tamen non est  
tam absurdum, quam eorum sententia,  
qui Nilum ex Euphrate manare per  
occultos meatus volebant, quod testa-  
tur Pausanias in Corinthiacis. Quod  
si dixisset Lucanus, procul dubio cen-  
sori suo vapulasset non defunctorie.  
Error ille porro non est Lucani, sed



temporis, nisi dicamus Lucanum, ut vatem, ariolari debuisse, vastum sinum maris Æthiops & Seras intercedere. Nam & si jam à tempore Neronis Regio Africa circumnavigata fuisset à Phœnicibus, ut narrat Herodotus, tamen fides non est adhibita Herodoto, ut plurimum, & mansit ille error usque ad Ptolemaeum, ut diximus. Sed alius etiam error ejus reprehenditur, quod Bessos ad Mœotim collocaverit, dum canit Lib. V.

*Orbita migrantis scindit Mœotida  
Bessi.*

Pace tua, vir summe, non ideo illos ad Mœotim collocat. Tis enim verbis solum innuit Bessos gentem esse vagam, nec statas & certas sedes habentem. Non inficior tamen, Bessos à Strabone, Plinio & aliis, inter Thracum gentes ad Haemum habitantes, recenseri. Sed fuerunt & alii trans Istrum Bessi, quos Ovidius Lib. III. Tristium ait, concreto glacie Istro, Imperii

perii Romani fines populari. Et hoc etiam seculo Bessarabes quidam ultra Danubium à Castaldo in sua Romaniae mappa ponuntur, ita credo, cum additamento Arabes, appellati, quod primi occurrant Arabum more nomadice viventes in suis plaustris. Nam posteriores Tartari circa Mœotim omnes longissime à suo Coelo (si tamen Coelum proprium habent) vagari nemo nescit. Sed ad caetera.

Pompejus apud Lucanum Lib. VIII. post Pharsalicam cladem suadet ducibus reliquis suarum partium, ut velint una cum eo Parthos petere, & eorum auxilio inclinatam partes erigere. Parthici igitur Imperii amplitudinem in majus celebrat his verbis:

*Dividit Euphrates ingenti gurgite  
mundum,  
Et Polus Assyrias alter noctesque  
diesque  
Vertit. &c.*

Hæc hyperbolice dicta; non ad oratorum

torium, aut poëticum dicendi genus, sed ad διδακτικὸν & μαθηματικὸν canonem revocat criticus acer, quasi Pompejus astrologica, aut geographica dogmata Senatoribus Romanis insinueret, non vero ad suam sententiam omnibus oratoriis coloribus eos trahere conaretur. Sed quando id agitur districtius respondendum est. Dico igitur, posse in eo versu commode intelligi *enallagen*. *Polus alter noctes vertit*, pro *Polus alteras noctes vertit*; eo sensu Parthorum ditio tam late ad orientem extenditur, ut ibi noctes & dies sint aliae à nostris, id est, cum nobis est dies, ibi est nox. Dico etiam sine *enallage* posse eodem sensu *Polum* pro *coelo* sumi ἀρχαίως. Sic enim Lucanus ipse Lib. I. *gaudente Polo*, pro *coelo*. Sic Lib. V.

————— *Sed summis etiam quae  
fixa tenentur*

*Astra Polis.*

Sic Lib. VIII.

*Numquam stante Polo.* —————

Quod

Quod ipse Scaliger *Coelum* interpretatur in suis ad Manilium notis pag. 79. Sic denique Virgil. Lib. I. *Æneid.*

————— *Polus dum sidera  
pascet.*

Et Lib. II.

*Involvunt umbra magna terramque  
Polumque.*

Ea enim est propria & primaria *Poli* significatio, sic credimus Aristophanis Scholiasti in avibus Act. I. Scen. III. πόλον γὰρ οἱ παλαιοὶ εἶχ' ὡς οἱ νεώτεροι σημεῖον τι καὶ πέρασ ἀξονος. Ἀλλὰ τὸ περιέχον ἅπαν. Sic ille Euripidem in Pirithoo laudans. Sic etiam Plato in Epinomide: ἐν ᾧ χρόνῳ διεξέρχεται τὸν αὐτὴ πόλον. Sic Athenaeus Lib. II. τὸ τῆ πόλις τῆ παντὸς ἡμισφαίριον. *Polus alter* igitur, aliud *Coelum*, hoc est, aliud *clima*, *longinqua regio*. Sic *Coelum* pro *terra*, seu *vivorum regione* sumpsit Virgilius Lib. VI. *Æneid.*  
vers,

vers. 896. teste & interprete Macrobio  
in Somnium Scipionis cap. III.

*Sed falsa ad Coelum mittunt insomnia manes.*

Sic proverbialiter Horatius,

*Coelum non animum mutant qui  
trans mare currunt.*

Ego certe, qua sum rusticitate, huc  
utque putaveram in evolvendis priscis  
authoribus, non oportere se praebere  
quaesitorem incommodi, imo omni-  
bus modis se versare, ne aliquid ab-  
surdi emergat ex nostro intelligendi  
modo. Verum, ut video, ea non est  
magni viri sententia. Credo tamen  
hoc loco responsiones nostras aequo  
lectoris satisfecisse. Declinavimus er-  
go hanc procellam. Sed ecce alius  
ventus ingruit, quem tamen non  
mersurum Lucani ratem confido. Est  
enim Etesias minime vorticosus, eum  
à Lucano *Zephyrum* dictum arguit cen-  
sor

for (non enim vox Etesias in Hexa-  
metrum poterat inferi) & eum, ait,  
*ne ventum pro vento posuisse putes ab  
occasu flare dixit Lib. X.*

————— *Zephyros quoque vana  
vetustas  
His adscripsit aquis.*

Et paulo post,

*Vel quod ab occiduo depellant nubila  
Coelo  
Trans noton, & fluxio cogunt in-  
cumbere nimbos.*

Si trans orientem dixisset favonium in-  
telligi debere, non pugnarem, qui  
Graecis proprie *Ζέφυρος*, & ab occasu  
flat aequinoctiali. Sed cum dixerit ab  
occasu versus meridiem, medium ven-  
tum intelligit, non quem vocamus re-  
centiores cum Servio ad Lib. I. *Æ-*  
*neid. Cardinalem.* Is autem est Arge-  
stes flans ab occasu aestivo, qui etiam  
*Zephyrus* dicebatur, teste Plinio Lib.  
II.

II. cap. 47. Et Strabone Lib. I. qui Zephyrum ait à pluribus nominari ventum flantem ab occasu aestivo; Argestem vero ab hyberno. Ita variant nomina ventorum. Est autem unus ex Etesis, teste Hesychio, quod & Diodorus Siculus firmat Lib. I. Ἄλλὰ καὶ οἱ πνεύοντες ἀπὸ τῆς θερινῆς δυσέως Ἀργεσαι κοινωνέσι, καὶ τῆς τῶν Ἐτησίων προσηγορίας. Idem asserit Apollonii Scholiastes ad Lib. II. haec sunt ejus verba: Ἀργεσαν παρ' ἄσσον ἐπὶ πνεύοντος ἔβησαν: sic enim commentatur Scholiastes: τῷ Ζεφύρῳ ἔτω λεγόμενος ἀρχεται δὲ πνεῖν ἀπὸ θερινῆς δυσέως. Et Author Libri de Mundo: Ὅσπερ οἱ Ἐτήσιαι λεγόμενοι μίξιν ἔχοντες, τῶν τε ἀπὸ τῆς ἀρκτε φερομένων, καὶ Ζεφύρων. Per occiduum autem Coelum Europae partes intelligi, notius est, quam ut probationibus indigeat, à quibus Argestes nubila pellit in Ethiopiam & Africam australem vere adulto, & desinente, quae in pluvias deinde resoluta Nilum postea redundare faciunt circa solstitium in Aegypti partibus, quod jam suo tempore notum

tum asserit Suidas in Ἐτήσιαι. Est enim Argestes in Aegypto nubium maximus coactor, quod notavit pridem Theophrastus Lib. de ventis. Ἀργέση δὲ ἀνέμῳ πάσα ἔπεται νέφελῃ. Et paulo post. ὃ τε Ἀργέσης ταχὺ δασύνει τὸν ἔρανον. Et rursus. Δασύνειν δὲ τὸν ἔρανον μάλιστα βορέαν καὶ Ἀργέσην; τὸν δὲ νότον παραφέρειν, loquitur autem de Aegypto. At quando postea ait,

*Vel quod aquas toties rumpentis lit-  
tora Nili  
Assiduo feriunt coguntque resistere  
flatu.*

Tunc est alia de Nili incremento sententia, & boream, seu ἀπαρκτίαν, intelligit, qui est etiam Ἐτήσιας, ideoque dixit, Zephyros, id est, ventos plurali numero. Sed ut pede collato cominus pugnemus, & evidentior fiat censoris iniquitas, demus per Zephyros intelligi debere ventos ab occidente versus orientem flantes, & videamus, num Aegypti & Nili rerum peri-  
ti



ventos cessare facientem , praeter boream , quo Ulysses ad Phaeacas appelleret. Ad quem locum laborat Eustathius , & fatetur , difficile esse intellectu , quomodo borea flante appellere potuit Ulysses ad Phaeacas , & jure : iis enim terra ad arcton , unde boreas flat , jacet proxima , imo fere contigua. Sic etiam Homerus ab Eratosthene exagiratus est , eo quod dixerit Iliad. X. Βορέης ναὶ Ζέφυρος τὴν τε θρήνηθεν αὐτόν. Verum à Strabone defenditur contra Eratosthenem Lib. I. Erit etiam in culpa Ovidius , qui Lib. VII. Metamorph. ait , Cephalum Athenis , vel Phalero Ægina adnavigasse euro flante , eodem reflante non potuisse Ægina Athenas repetere ,

*Flabat adhuc eurus , redituraque  
vela tenebat.*

At eurus flat ab oriente brumali , & est medius inter austrum & subsolanum , teste Plinio Lib. II. cap. 47. & ideo solventibus Ægina , quae ad  
meris

meridiem Athenarum jacet , & Athenas petentibus videtur magis commodus , & favorabilior , quam iis , qui Athenis Ægina in petunt ; sed satis est ventorum , redeat tandem *υπερλίο*. Addit deinde magnus vir ; *Certe non alia pauca Lucani errata in cosmographia ipsi mathematico objicere poteramus , nisi essent etiam alius generis alia , ut quae peccat in historia ; ut cum Massilienses scribit de more aliorum Gallorum humanas hostias immolare.* Haec puto elicit censor ex Lib. III. ubi Lucanus de Massiliae obsidione , & luco exciso à Caesare in machinarum obsidionalium usum , haec canit ,

*Hunc non ruricolae Panes , nemo-  
rumque potentes  
Silvani , Nymphaeque tenent. Sed  
barbara ritu  
Sacra Deum : structae sacris ferali-  
bus arae.  
Omnis & humanis lustrata cruo-  
ribus arbor.*

Sed debebat censor notare illud *barbara sacra*. Non enim conveniunt Graecis, quae barbara sunt; tum accuratius considerare illud, quod paulo infra addit idem Poëta,

Gemuere videntes

*Gallorum populi.*

Cur gemebant, nisi quod eorum caeremonias pollui, eorum sacraria everti, adspiciebant? Non ergo Massiliensibus eum lucum, ea sacra tribuit Lucanus, sed Gallis vicinis, quibus sacrificia ejusmodi tribuit Plinius Lib. VII. cap. 2. Quae tamen priscis Graecis non fuisse incognita Iphigenia contentissime clamat, & Macaria apud Euripidem in Heraclidis, ex vatum jussis pro Athenarum salute mactata, & Erechthei Regis Athenarum filia, ab ipso ex oraculo mactata, ut victoriam de Thracibus & Eumolpo reportaret, quod testatur Lycurgus Rector in Oratione contra Leocratem pag.

143i

143. & Apollodorus pag. 201. & Demaratus apud Stobaeum pag. 228. & ipse Euripides in Jone p. 629. Hyacinthi etiam quatuor filiae virgines id testantur, ad Geraesti Cyclopiis tumultum ab ipsis Atheniensibus ex oraculi jussu mactatae ad pestem sedandam, quod nos docet Apollodorus Lib. III. p. 205. Eas vero Erechthei filias fuisse asserit Demosthenes, & ab eo ad mactationem pro populo concessas fuisse. Idem officium urbi praestitisse, ait idem Demosthenes, Leocoras virgines, ex tribu Leontide, & sponte se obtulisse ad sacrificium pro urbis salute. Tanegraei etiam ex oraculo puerum & virginem mactaverunt, testis Tzetzes ad Lycophronem pag. III. Plutarchus etiam homo graecus, ex Phaniae & Lesbii Historici testimonio narrat, Themistoclem tres eximios & nobilissimos adolescentes Persas, Baccho Homestae jussu Euphrantidae vatis, sacrificasse. Macedones etiam, gens graeca à pluribus aestimata, adhuc Alexandri Magni temporibus iis victimis

F 3

mis utebantur. Testis Arrianus Lib. I. pag. 5. Sic & Spartani Orthiam Dianam sanguine humano placabant quotannis, Pausanias pag. 98. Adolescentes ad ejus aram plagis usque ad mortem cadebantur; sic enim Plutarchus in Lycurgo de suo tempore loquitur: τὸ μὲν εἰδὲ ἀπὸ τῶν νῦν ἐφίβων ἄπιστον ἐστίν, ὧν πολλὰς ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ὀρθίας ἐωράκαμεν ἀποθνήσκοντας ταῖς πληγαῖς. Inde Porphyrius apud Eusebium praeferat. Euangelic. Lib. IV. rei evidentis coactus fateretur, Rhodi, Chio, Tenedo, Lacedaemone tales mactari solere hostias, & Philarchum citat, afferentem, hunc fuisse Graecorum universum morem, ut, antequam irent in hostes, hostias humanas litarent. Sed ut os obtureretur censoribus Lucani, hoc loco aio, eum morem habuisse Phocaeos ipsos, unde orri Massilienses. Clemens enim Alexandrinus in Protreptico pag. 27. post multa talium sacrarum exempla apud Graecos, sic ait: Φωκαεῖς δὲ (εἰδὲ γὰρ αὐτὰς παραπέμφομαι) τέτρες Πυτοκλῆς ἐν γὰρ περὶ ὁμονοίας

μονοίας τῇ Τάυρω Πόλω Ἀρτέμιδι ἀνθρώπων ὀλοκαεῖν ἰσορεῖ. Quod non meminerat magnus vir. Is tamen locus etiam ab Eusebio citatur praeferat. Euangelic. Lib. IV. pag. 94. Sed & aliquid simile fecisse ipsos Massilienses innuit Servius ad Lib. III. Aeneid. Virgil. dum sic ait: *Massilienses quoties peste laborabant, unus se ex pauperibus offererat alendus anno integro publicis, & purioribus cibis. Et postea ornatus verbenis, & vestibus saoris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in eum reciderent mala totius civitatis, & sic projiciebatur.* Haec ultima vox non potest aliter intelligi, quam de praecipitio. Sed quid plura, cum talia sacrificia idemdem exprobrata fuerint Graecis à scriptoribus Christianis, ut apud Justinum Martyrem videre est in responsionibus ad Orthodoxos pag. 275. ubi sic legitur: οἱ δὲ παρ' Ἑλλησι θεοσημαμενοὶ θεοὶ ἀτὲ δαίμονες ὄντες πονηροὶ τε, καὶ μισάνθρωποι θυσίαις ἔχαιρον μειωτικαῖς τε, καὶ ἀφανισμαῖς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων



των &c. Quod si pertendat aliquis censoris fautor, eum morem non amplius obrinuisse tempore Julii Caesaris, & ideo bene & jure reprehensum à cenfore Lucanum. (Nam hominum immolationes pridem Senatusconsulto vetitas fuisse Corn. Lentulo & Lic. Crasso Coss. A. U. C. 657. testatur Plinius Lib. XXX. cap. 1.) Respondebo, id Senatusconsultum non potuisse obtinere, ut à talibus sacris abstineretur. Opus fuit enim Imperatoriis edictis, & tempore tantum Hadriani Imperatoris desit talium sacrorum impius mos, testis Pallas apud Eusebium praeparat. Evangelic. Lib. IV. Postquam enim Eusebius ex Porphyrio & aliis plura ejusmodi sacra apud Graecos recensuit, sic ait: Καταλυθῆναι δὲ τὰς ἀνθρωποθυσίας σχεδὸν τὰς παρὰ πᾶσι Φησὶ Πάλλας, ὃ ἀρίστα περὶ τῶν τῆ Μίθρα συναγαγῶν μυσηρίων, ἐπὶ Ἀδριάνῃ τῆ αυτοκράτορος. Et nota vocem σχεδὸν, quod innuit aliquibus in locis etiam ultra Hadriani tempora durasse ea impia sacra, quod patet etiam ex loco Plutarchi in Lycuro:

Lycurgo, paulo supra citato. Nam Plutarchus usque ad Hadriani tempora vixisse elicitur ex Eusebio & Cassiodoro, nec abludit Suidas. Videndus eo loco Eusebius, qui prolixè ea sacra enumerat, & Graecos eo nomine exagitat. At ne quid dissimulem, Plato in Mino negat, fas fuisse Graecis homines immolare. Nam Minoën sic introducit loquentem: ἐπεὶ ἀντίνα ἡμῶν μὲν εἰ νόμος ἐστὶν ἀνθρώπους θύειν, ἀλλ' ἀνόσιον. Sic equidem ille Philosophus à suis Graecis avertere hoc dedecus tentavit, & eluere hanc maculam. Sed quid unius viri testimonium contra tot & tantos historicos, qui tamen cum Platone conciliari possunt. Non fuit enim lex Graecis, quae juberet viros immolari, quod ait Plato, sed ex oraculo vel vatum monitu viros immolare nulla lex vetebat, ut probatum est, & sic non ex more quotidiano, & ordinario, nec ex lege viros sacrificabant, sed, ut dixi, extraordinario, vel ex oraculo, vel ex vatum monitis. Et ipse etiam Plato innuit, apud

quosdam Graecos eum morem obtinuisse, ubi ait paulo post: Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν τῇ Λυκίᾳ ἔσσι, καὶ οἱ τῆς Αθάμαντος ἔκγονοι ὡς θυσίας θύουσιν Ἕλληνες ὄντες.

At non solum Graecis id immanitatis tribuitur, sed & ipsis Romanis saepissime: Historia de Graeco & Graeca, Gallo & Galla in Foro Boario vivis defossis nota est ex Livio pag. 255. Sed & ipse Julius Caesar tali sacrorum abominatione usus est, si fides Dioni Lib. XLIII. ubi sic ait: ἄλλοι δὲ δύο ἄνδρες ἐν τρόπῳ τινὶ ἱερουργίας ἐσφάγησαν. Καὶ τὸ μὲν αἷτιον ἐν ἔχω εἰπεῖν ἔστε γὰρ ἡ Σιβύλλα ἔχρησεν, ἐπὶ ἄλλο τι τοῖστων λόγιον ἐγένετο. Ἐν δὲ ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ πρὸς τε τῶν ποντιφικῶν, καὶ πρὸς τῆς ἱερέως τῆς Ἀρεως ἐτύθησαν. Sed & post Julium Caesarem, si Suetonico credimus & Dioni: Ille enim sic de Augusto in ejus vita cap. xv. *Scribunt quidam trecentos ex dedititiis electos, utriusque ordinis, ad aram Divo Julio extructam, Idibus Martiis hostiarum more mactatos.* Hic vero sic Lib. XLVIII. pag. 244. Ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ ὠσιόμενον ἀχθέντες

τες ἰππεῖς τετρακῶσιοι, ἄλλοι τὲ καὶ ὁ Καννύτιος ὁ Τίτος ἐτύθησαν. Et post Augustum scribit Porphyrius περὶ ἀποχῆς. Ἄλλ' ἐτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τῆς Λιπαρίας Διὸς ἐορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον. Sed de his factis. Addit paulo post. *Haec vero quae sequuntur ostendunt, hominem vittricis gentis olim strenua facta ignorasse, quum Massilienses ita loquentes inducit,*

— Numquam felicibus  
armis

Usa manus, patriae primis à sedibus exul.

Et post translatae exustae Phocidos arces;

Moenibus exiguis alieno in littore tuti.

Certe, inquit, alienum littus non potest dici, cujus maximam partem armis occupaverant, & de eorum felicibus in bellis successibus, quos numquam Lucanus pugnasse inducit, quo

tempore ex Phocaea migravunt, testes sunt Polybius, Strabo, & ante omnes Florus, qui hanc vaniloquentiam satis confutare possit. Sed haec satis erant judicio gravissimi illius Mathematici eludendo, cujus mores nemo ferre potuit umquam, ne censuram, & judicium in opere Lucani. Sic perorat gravis accusator, cujus ultima verba jurgium redolent, & iram, quae judicio officunt. Sed ad rem.

Dixit Poëta ex persona legati, Massilienses numquam usos felicibus armis. Haec est oratoria *μειωσις* commilitum detrectantis, non historica narratio; sed tamen audiamus testes. Polybius Lib. III. eos egregiam operam navasse Cn. Scipioni in pugna ad Iberum cum duabus exploratoriis navibus, narrat. Florus, eos opem contra Salyos à Romanis petiisse, dicit, nec ulla alia eorum fortia facta recenset, praeter eam ipsam obsidionem, quam Lucanus & fufius narrat, & in ea Massiliensium fortia facta magnificentius celebrat. Sed ut censori hoc loco patrocini

trociner, puto, eum memoria lapsum, vel manu properante Florum pro Trogo scripsisse, qui apud Justinum Lib. XLIII. fufius gesta Massiliensium persequutus est, ubi tamen nil aliud praeter repulso à moenibus Gallos, insidias eorum evitatas, & aliquot millia eorum, qui Massiliam capere satagebant, caesa, quasdam colonias conditas, invenias, quod Trogus Romanus in Massiliensium favorem, qui semper Romanam potentiam coluere, in majus celebrat. Sed si in rebus Graecorum Graeci magis sunt audiendi. Strabo Lib. IV. eatenus fortitudinem eorum laudat, ὥσε πεποιθότες τῆ θαλάττῃ μᾶλλον ἢ τῆ γῆ, τὸ πρὸς ναυτίας εὐφυές, εἶλοντο μᾶλλον, ὑπερον μὲν τοῖ ταῖς ἀνδραγαθίαις ἰσχυρὰν προσλαβεῖν τινὰ τῶν περιζυπέδιων. Sed quae sequuntur de Aquis Sextiis jugulant: ἐνταῦτα τὴ Φρερὰν κατώμισε Ρωμαίων, καὶ ἐκ τῆς παραλίας ἀνέσειλε τῆς βαρβάρης, οὐ δυναμένων τῶν Μασσαλιωτῶν ἀνειργεῖν αὐτοῦς τελῶς, οὐδ' αὐτὸς τε πλέον ἰσχυσεν, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον ὅσον κατὰ μὲν τὰ εὐλημένα ἀπὸ

ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀπελθεῖν τοὺς βαρβάρους  
ἐπὶ β. σαδίας, ἐπὶ δὲ τοῦ τραχώνος  
ἐπὶ ζ. En, à victrici gente orientem &  
occidentem subactam, ignorantem hi-  
storiam Lucanum, qui dicit, eos

*Moenibus exiguos alieno in littore  
tutos,*

quibus opus fuit Romano exercitu,  
ur barbari accolae à maris littore tan-  
tillum decederent. En causa, quare  
vaniloquus audiret Lucanus; en au-  
thorum testimonium, quo, velut telo  
trabasi, Lucani latus peteretur; qui-  
bus, si amplioris inquisitionis causa, ad-  
jungatur Herodotus, absolveretur  
omnibus calculis Lucanus; non enim  
ab eo vel fideculis aliud extorquebitur,  
quam Phocaeorum exilia, migratio-  
nes, & clades, eum videat Lector  
Lib. I. Sed Thucydides laudandus  
erat, ne quid dissimulem. qui Lib. I.  
ait, Phocenses, qui Massiliam con-  
debant, Carthaginenses naumachia vi-  
cisse, sed tum maxime infelicibus ar-  
mis

mis usi sunt; ea quippe victoria, quam  
Cadmeam vocat Herodotus, iis adeo  
exitialis fuit, ut ex sexaginta navibus  
quadraginta amissis, reliquae viginti  
contusis rostris, factae fuerint inuti-  
les, & ideo Cynnum insulam, quam  
occupaverunt relinquere coacti fue-  
runt, ut narrat Herodotus loco cita-  
to. Caeterum cum dicit Scaliger,  
Massilienses armis occupasse Gallorum  
littus, pugnat egregie cum Plutarcho,  
qui eos non armis, sed sub mercaturae  
praetextu, Massiliam à Gallis ul-  
tro concedentibus accepisse, narrat in  
Solone statim ab initio. Haec porro  
sunt, quae in prolegomenis ad Mani-  
lium amaro felle imbuta in Lucanum  
jaculatus est vir in omnibus aliis rebus  
omni laude major. Sed quoniam in i-  
psis commentariis quaedam loca, ejus-  
dem Poëtae aut carpuntur, aut perpe-  
ram interpretantur, ea uno tenore ab-  
solvamus.

In notis ad Sphaeram Manilii pag.  
79. ad hunc Lucani locum Lib. VIII,

*Signifero quaecumque fluunt laben-*  
*tia mundo,*  
*Numquam stante Polo miseros fal-*  
*lencia nautas,*  
*Sidera non sequimur. Sed qui non*  
*mergitur undis*  
*Axis inocciduis, gemina clarissimus*  
*arcto,*  
*Ille regit puppes: Hic cum mihi*  
*semper in arcton*  
*Surgit, & instabit summis minor*  
*ursa Ceruchis.*  
*Bosporum, & Scythiae curvantem*  
*littora Pontum*  
*Spectamus, quicquid descendit ab*  
*arbore summa*  
*Arctophylax propiorque mari Cyno-*  
*sura feretur,*  
*In Syriae portus tendit ratis.*

pertendit contra omnium codicum fi-  
 dem legendum,

---

*Summis magna ursa*  
*Ceruchis.*

s

ut ratio constet; vult enim stellam  
 tunc dici *instare summis Ceruchis*,  
 quod à Graecis dicitur *νατ' ἀνραν νε-*  
*πόδιαν*, quando est in interfectione ho-  
 rizontis & meridiani, quod *natare* di-  
 citur, & haec quidem subtiliter & in-  
 geniose pluribus disputat vir summus.  
 Sed ignoscat mihi ejus veneranda me-  
 moria, si non possum à vulgata lectio-  
 ne recedere. Primum enim, ut stella  
*natans*, seu in interfectione horizon-  
 tis & meridiani posita, appareat esse *νατ'*  
*ἀνραν νεπόδιαν*, oporteret nautam non ef-  
 se in navis tabulato, sed, ut Socrates  
 Aristophanis, ἐν κρεμάθραι μετέωρον, ut  
 oculus haberet in altero antennae cor-  
 nu aliter non appareret stella *natans*  
 esse *νατ' ἀνρον νερός*, sed multo infe-  
 rior. Rursus, *instare* de tali positu stellae  
 non potest dici, nam, quod ad situm,  
*instant* ea, quae *superiora* sunt, sic Vir-  
 gilius de navi *Aeneid. Lib. X.*

*Instat aquae*


Et, quod superiora premunt inferiora,

G

meta-

metaphorice *instare* dicuntur, quae *premunt* vel *urgent* aliquid, quod de stella in horizonte & Ceruchis dici non potest. Tum antiqui nautae, qui rebus vocabula indidere, remigio omnes utebantur, quod videre est apud Homerum, Virgilium, Herodotum, Thucydidem & alios antiquos. Sed vela, quae antennas habent ad angulos rectos ad malum transversas, quae quadrata dicimus, remigio non tam commoda esse, notum est, & hodierna docet experientia. Navigia igitur *ἑρτινὰ* antiquorum Graecorum iis, ut puto, non utebantur, sed iis, quae vocamus latina, & antennas habent majores, & ad malum ad angulum semirectum circiter inclinatæ, quae ideo latina vocantur, quod iis in Italia & mari mediterraneo, Latinis olim subjecto, omnia navigia *ἑρτινὰ* utantur. Nihilominus de eo non magnopere contendam, nam siue antenna sit recta, siue obliqua, *Cynofuram* commode dici pertendo *instare summis Ceruchis*, quando erit in 45. gradu elevationis.

vationis, ut est in Ponto. Id sic demonstrare conabimur.



Sit malus navis *a. b.* ad perpendicularum erectus super tabulato *c. d.* antenna quadrati veli *e. f.* secans malum ad angulos rectos in *g.* cujus medietas *g. f.* est aliquanto minor inferiore mali parte *g. a.* adeo ut sit circiter aequalis, si dematur statura ad pedem mali stantis *a. n.* Antenna obliqua, seu veli latinij

tini *h. i.* secans malum in *g.* & angulum *b. g. f.* bifariam vertex coeli *k.* intersectio horizontis *l.* ut sit quadrans totius coeli *l. k.* cujus centrum *g.* Cynosura posita in medio quadrantis ad 45. gradum elevationis *m.* Dico primo, antennam obliquam seu rectam *h. i.* productam versus *m.* cadere in *m.* & ideo bene dici eam stellam *instare summis Ceruchis*, quando nauta stans in tabulato, habens oculum in *h.* eam videt per punctum *i.* ubi sunt summi Ceruchi. Dico secundo, si nauta sit ad pedem mali, eum visurum stellam *m.* per summos Ceruchos antennae rectae in puncto *f.* hoc est, rectam ab ejus oculo *n.* ductam per *f.* casuram in *m.* & eo etiam sensu bene dici stellam *m. instare summis Ceruchis.* Cum enim angulus *m.* centro *k. g. f.* sit rectus, per coroll. prop. 27. Lib. III. (totus à terrae & maris globus respectu coeli; ubi stellae fixae centrum esse censetur, & ita esse asserit Macrobius Lib. I. in Somnium Scipionis pag. 66.) *instaret quadranti: at recta g. b.*  
ad

ad perpendiculum erecta cadit in verticem *k.* alioqui non foret perpendicularis, & ideo recta *g. f.* cadit in *l.* quando *l.* & *k.* est quadrans: at recta *h. i.* secat bifariam angulum *b. g. f.* per hypotefin. Secabit igitur quadrantem *k. l.* bifariam in *m.* per 26. tertii, quod est primum. Rursus, cum angulus *f. g. n.* sit rectus, & rectae *g. f. g. n.* aequales per hypotefin, erunt anguli *g. f. n.* & *g. n. f.* aequales per quintam primi, ideoque semirecti per 32. primi. Sed est etiam angulus *i. g. f.* semirectus per constructionem, ideoque aequalis, ergo cum sint alterni anguli *n. f. g.* & *f. g. i.* aequales erunt rectae *h. i.* & *n. f.* parallelae, & cadet recta *n. f.* producta prope punctum *m.* eodem spatio, quo distat à recta *h. i.* quod est, in ipsam stellam propter ejus immensitatem, quod erat secundum. Sequitur altera nautae reprehensio, quod dixerat eodem loco, navigantibus ad Syriae portus, Arctophylacem descendere ab arbore summa, *quod, inquit vir sum-*  
mus,

mus, non fit, nisi extra mare mediterraneum, puta in Oceano australi. Intelligit enim descendere ab arbore summa cum non amplius culminat, sed, nave versus austrum provecta, sidus illud declinat versus arcton, ut commode intelligitur versus occasum. Nam ubicumque culminat Arctophylax, ut in australi Syria, ibi descendit ab arbore summa, dum à vertice devehitur ad occasum, quod, ut puto, intellexit nauta Lucani, cujus verba crassius exponenda sunt; servat enim decorem Lucanus, & nautam, non Hipparchum, aut Aratum inducit argutantem. Restat unicus locus, cujus mentionem fecit obiter Scaliger in suis ad Sphaeram barbaricam Manilii notis ad hunc versum

*Vera Syracusis Salamis non merget  
Athenas*

*Quidquid, ait, sub involucrio hujus  
versus latet alludit ad illud Lucanus*

*Tref:*

*Tresque petunt credi veram Salamina carinae.*

non tam hic, quam apud Lucanum Salamis vera. Hunc locum, nec ab Lucani doctissimo censore (fas mihi fit id audere proloqui, quando homo fuit) nec ab aliis interpretibus, huc usque, quod sciam, bene intellectum, liceat mihi explanare, & authoris sententiam egregiam, sed ob brevitatem non ita perspicuam, tueri. Vir illustris, & omni laude major Hugo Grotius, cujus faciem, & mores probos, & raram eruditionem novi, in suo ad Lucanum indice, *Salaminam* vult dici *veram* ad differentiam *Cypriacae*. Optime, si de insula loquitur Poëta, quam tamen interpretationem sibi jam antea vendicavit Antonius Delrio in notis ad Troadas Senecae versu 843. Farnabius omnium Poëtarum interpretes acutissimus vult ideo dici *veram*, quod vere fuerit Atheniensium juris, non Megarensium, alia alii. Ignoscant



cant mihi, toto coelo errant, non enim de insula loquitur, sed de pugna Salamina. Sic enim Florus Lib. II. cap. 8. *Ne sibi placeant Athenae, in Antiocho vicimus Xerxem, in Æmilio Themistoclem aequavimus, Ephesus Salamina pensavimus.* Sic etiam Plutarchus alicubi. *Ὅν ἐπειδὴ τὴν Σαλαμίνα Νεοκλῆς τὴν Θεμιστοκλέως.* Sensus est igitur. Athenae adeo à prisca nautica potentia ceciderunt, ut, quamvis delectus eas pene exhausserit nautis & militibus, ad solas tamen tres exiguas naves suffecerint, testes infirmas pristinae gloriae, & eorum omnium, quae olim ad Salaminam se gessisse asserunt, quae vera nihilominus, non fabulosa, credi contestantur. Hoc sibi vult, puto Lucanus eo loco, quo oblique & ingeniose taxat Graecorum vaniloquentiam, qui sua facta in majus tradiderunt adeo, ut posterioribus seculis pro meris fabulis habeantur. Sic ad eam sententiam. Sed apertius Juvenalis Satyr. X. vers. 174.

— Cre-

————— Creditur  
olim  
*Velificatus Athos, & quidquid  
Graecia mendax  
Audet in historia,*

Plura in iisdem ad Manilium commentariis contra Lucanum dixit, ὁ μακροπτης; sed quae in prolegomenis fusius dixerat, & à nobis examinata sunt. Restat, ut adversus Cluverium etiam, virum in Geographicis doctissimum, sed qui, ut Josephum Scaligerum aemuleretur, Lucanum etiam ut ἀγεωγραφήτον, & Virgilii ineptum imitatore, exagitat, ejus Poëtae sententiam & famam defendamus. Lucanus Lib. VII. sic canit,

*Euganeo; si vera fides memorantibus, augur  
Colle sedens; Aponus terris ubi sumifer exit,  
Atque Antenorez dispergitur vanda  
Timavi.*

G 5

Ad

Ad quæ sic Cluverius Italiae antiquæ  
 Lib. I. cap. 20. pag. 192. *Jam vera*  
*quod Lucanus ait, augurem sedisse*  
*Euganeo colle, ubi Aponus terris exit,*  
*atque Timavi dispergitur unda. Id*  
*oppido quam imperita ineptaque imita-*  
*tione Virgili, homo Hispanus ex Baeti-*  
*ca provincia, horum locorum minime*  
*gnarus, cecinit, fidosque magis ea in*  
*re, quam scitos, habuit imitatores Sta-*  
*tium, & Sidonium Apollinarem: Hunc*  
*Gallum natione; Illum Neapolitanum:*  
*quippe collem sive colleis Lucanus re-*  
*cte quidem intellexit eos, qui hodie A-*  
*pono fonti imminent inter Patavium,*  
*Ateste, & Vincentiam. At ab hinc*  
*centum millia passuum abest Timavus*  
*fontis, in extremo Camorum littore inter*  
*Aquileam & Tergesten. Et rursus*  
 eodem Libro pag. 194. *Lucani jam*  
*quoque iterum notetur imperitia, &*  
*Virgilianorum versuum inepta imi-*  
*tatio. Verba ejus supra citata fuere*  
*ista;*

— *Apo-*

————— *Aponus ubi sumi-*  
*fer exit,*  
*Atque Antenorei dispergitur unda*  
*Timavi.*

*Quod ex pluribus numero fontibus in*  
*unum flumen confluit non dispergitur,*  
*sed colligitur, quapropter de ostiis,*  
*quibus in mare effundatur flumen, intel-*  
*lexisse id Lucanum dubitari non potest.*  
 Unus est inter omnes Cluverius, qui  
 Lucanum Virgiliti imitorem facit;  
 nam aliud est imitari, aliud alicujus  
 opinionem sequi, & diversus est utri-  
 usque character. Sed quando Virgi-  
 lium excusat Cluverius, ubi de Tima-  
 vo ait & Antenore,

*Heic tamen ille urbem Patavi, se-*  
*desque locavit*  
*Teucrorum.*

Ex eo, quod totus ille tractus ab Athe-  
 si fluvio ad Histriam usque incoluerunt  
 Euganei, cur non eadem defensione  
 usus

usus est etiam pro Lucano, qui Euganeos colles intellexit, non eos solum montes, qui Apono fonti imminet, ut vult male Cluverius, sed qui per totum illum maritimum tractum ab Athesi ad Histriam usque insurgunt. Ergo Euganeorum regionem indigitavit Lucanus per fontes in ea regione celeberrimos, Aponum & Timavum, non quod vicinos eos fontes putaverit, sed quod in eadem Euganeorum regione, licet diffiti, erumpebant. Nam Timavus etiam à Martiale Euganeus cognominatur Lib. XIII. Epig. 89.

*Laneus Euganei lupus excipit ora  
Timavi.*

Sed ipse Cluverius de fonte Timavi, loco & situ non convenisse inter antiquos authores, fatetur, his verbis: *Nam antiqui etiam authores inter se super eo minime concinere videntur.* Poterat igitur abstinere à Lucani infectione, qui, si Virgillii opinionem secutus est in eorum locorum descriptione,

ne, qui non procul à Mantua, Virgillii patria, fiti erant, & de quibus facilius illi erat verum inquirere, non ideo meruit imperitus, & ineptus audire. Nam si ineptus est in eo Lucanus, imperitior & ineptior Virgilius foret, & magis in culpa, qui, in regione patriae suae vicina describenda, ad eo supine & negligenter versatus sit, ut ipse errans aliis causam errandi praeberit, Patavium prope Timavi fontem ponens. Sed imperitissimus & ineptissimus omnium Cluverius, qui vult Lucanum per Timavum intellexisse Padum. Quod autem Lucanus ait,

*Dispergitur unda Timavi,*

optimo sensu id dixit, & pessime contra eum Cluverius arguitur. Nam quando Timavus cuniculo subterraneo lapsus, ut ipse Cluverius ait, in eos septem fontes erumpit, qui omnes Timavi fontium nomine vocantur, optime dicitur *dispergi* per ea foramina *unda Timavi*, licet postea in unum al-

veum

veum coëant rivi, ex iis fontibus formati, nec necesse est intelligere de ostiis, quibus in mare effunditur, ut male opinatur Cluverius, qui sic Italiae antiquae Lib. I. pag. 192. *Caeterum compluribus fontibus iterum emergere Timavum apud dictum vicum S. Johannis Chersici* indicat Martialis Lib. VIII. Epig. 28. his verbis:

*An tua multifidum numeravit. Iana  
Timavum.*

Si bene Martialis eum *multifidum* vocavit, certe bene etiam Lucanus *dispergitur* dixit. Nec ideo ἀνορολογίας inculandus erit Lucanus. Certe si unicus fons Timavi censèretur origo, alii vero fontes non Timavi, sed aliorum fluviolorum diversi nominis existimati fuissent, forte censura Cluverii non tam iniqua foret; sed cum omnes illi fontes censèantur Timavi fontes, vel potius Timavi sub terram merfi, & ibi resurgenti, canales, necesse est, Timavum per eorum canales *dispergi*

*dispergi*, donec rursus coëant. Nam Plinius Lib. II. cap. 3. inter fluvios, qui sub terram conduntur, & rursus erumpunt, Timavum numerat. Taceat igitur simia Scaligeri hoc loco infoelicitissimus Cluverius, cujus immodestiam in antiquis authoribus vituperandis heic notare libet. Discat à Lucano Latine loqui, nec docere praesumat homo Germanus antiquos Romae cives. Quamvis enim Lucanus è Baetica ortum & genus duxerit, ab ipsis tamen incunabulis, & octavo ferme mense, usque ad mortem Romae, Athenis, & in aula Imperatorum Romanorum habitavit, ut in ejus vita videre est. Ideo à Quintiliano cum Horatio & Virgilio sacrarium Poëticae constituere dictus est optimo jure, quod ignoravisse Cluverium patet, cum ita licenter de antiquo & venerando Poëta locutus sit. Sed satis superque sit ἀνορολογίας, per quam tamen fit ad veritatem via, & quae non est mihi invidiam allatura, si reputaverit lector, me famam cujusque non ire laesum, absit

absit enim, sed antiqui & pridem de mortui existimationem laesam defendere. Plutarchus vir inter antiquos ultra omne doctrinae fastigium euectus, & cujus autoritas, tot retro seculorum successione firmata, in dubium revocari sine piaculo non potest, Herodotum multo antiquiorem, integri libelli machina adoriri, & ejus famam evertere, conatus est. Aristotelis de Metaphysica tractatum, nihil utile habere pronuntiavit, Aristophanem multis probris oneravit, non deterruit tamen tanti authoris nomen viros hoc seculo probos & doctos, quin eorum authorum existimationem contra Plutarchum tuerentur. Et ego ipse audivi Isaacum Casaubonum, alterum Galliae lumen, in privatis aedibus Lutetiae Herodotum praelegentem, quod ipse testatur in sua ad Hoëschelium epistola 47. multa contra Plutarchum fusius differentem. Idem praestitit scripto edito Joachimus Camerarius, vir de litteris optime meritis. Aristophanem etiam multi tutati sunt. Licuerit etiam mihi

mihî cum litteratorum gratia, mortui famam defendisse, nec ideo aliquid detractum velim honori summi viri, cujus laudes libenter praedicarem, nisi esset meo praeconio major, qui, si criticae iracundiae immoderatus indulset, in eo tamen ferendus est, quod Lucani reprehensionem cum patris sui existimatione conjunctas esse videret, qui & ipse sinistrum de Lucano judicium publicaverat. Sic magnum illum virum excuso, & ad pietatem erga patris memoriam refero, sinistrum ejus de Lucano judicium. Quod dum fulcire tentat sententia veterum criticorum, & in sua ad Patissonem epist. Martialem in Apophoretis citat de Lucano sic scribentem,

*Sunt quidam qui me dicunt non esse  
Poëtam.*

Frustra est, eos enim Martialis non criticos, sed stolidos censet in sequenti versu,

H

Sed

*Sed, qui me vendit, bibliopola putat.*

Ridiculam subsannans de summo Poëta sententiam, & eam arguens testimonio bibliopolae, multum lucri ex ejus codicum distractione facientis, ultimum versum ὁ μοναρχίτης reticuit, qui tamen totam sententiam explicat, & eorum quorundam insulfae opinioni totius Romae consensum opponit; qui consensus pridem in celeberrimo totius populi coetu, in ipsa Theatri luce, palam factus fuerat, & manifestus, quando contra omnes alios ejus seculi Poëtas, & ipsum Neronem Imperatorem, praemium Poëseos, laureum obtinuerat, cum Orpheum suum recitasset: quae victoria celeberrimum eum fecit. Sed odium Principis, & ejus aulae adulatorum contra eum excitavit, qui acerbitatis criticae aculeos in ejus scripta infixerunt, & praeiverunt invidiae posterioris seculi, quam Julius & Josephus

phus Scaligeri rursus suscitaverunt, pro nihilo ducentes totius theatri Romani Judicium. Fabius certe Quintilianus, ut quidam volunt, eum magis Oratoribus quam Poëtis annumerat ob historicam narrationem, sed tamen Oratoribus non ἀκρολόγοις. In dialogo certe de causis corruptae Eloquentiae, si tamen est ejus Authoris, eum cum Horatio & Virgilio conjungit, dum sic censet: *exigitur enim ab Oratore poëticus decor, non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus; sed ex Horatii, & Virgilii, & Lucani sacrario prolatus.* At quanta veterum turba possemus pugnare, si res authoribus ageretur, qui egregia de summo Poëta testimonia posteritati sacraverunt. Sed ne videar ex aliorum scriptis paginam consuere, ea ponere superfedebō. Multa extant in luculenta editione Grotiana, quae videat lector, si curat Lucanum, ego tantum duo eximia, quae non habet ea editio, recensēbo, unum Martialis, quod compara-

tionem nostram cum Virgilio firmabit  
Lib. VII. Epig. 22. de natalitio Lu-  
cani,

*Phoebe veni, sed quantus eras cum  
bella canenti  
Ipse dares Latiae pleetra se-  
cunda lyrae.*

Non relegat eum *ad ima subsellia*,  
qui à Virgilio secundum facit. Erat ta-  
men Poëta Martialis & minime fatuus,  
quem dum in Lucani negotio testem  
advocat Scaliger, suo se gladio jugu-  
lat. Alterum erit Historici antiquo-  
rum de Lucano judicium referentis,  
Dionem Nicaeum dico. Is apud Xi-  
philinum in Nerone sic, ὁ δὲ δὴ Λουκά-  
νος ἐκωλύθη ποιεῖν, ἐπειδὴν ἰσχυρῶς ἐπὶ τῇ  
ποίησει ἐπιηνεῖτο, hoc est, *Lucanus ve-  
ro versus pangere inhibitus est, eo  
quod multum laudabatur propter Poë-  
sem suam.* En qualis ab antiquis, & sui  
seculi hominibus, habebatur. Hoc ve-  
ro seculo, si quibus aegrorat Palatium,  
va-

valeant; plures certe viri doctissimi in  
eo laudando cum antiquis consentiunt.  
Longum esset singulorum sententias re-  
censere, unus pro multis erit. Adria-  
nus Turnaebus, cujus auditorium do-  
ctissimum frequentasse gloriatur Jose-  
phus Scaliger, qui in suis adversariis  
non uno loco eum ingeniosissimum,  
eum ditissimum, doctissimum, elegan-  
tissimum Poëtam vocat: *Nihil motus,*  
inquit, *hominum hujus aetatis judicio,*  
*male & maligne de tanto Poëta existi-*  
*mantium.* Julium Scaligerum, ut o-  
pinor, innuens, cujus tempore vixit,  
& ejus hypercriticum vidit; si vero  
ratione certetur, certe judicio Hora-  
tii, qui & de arte Poëtica scripsit, &  
ipse eam felicissime exercuit, & qui ju-  
dicio plurimum valuit, Poëta judicabi-  
tur Lucanus. Is enim Sermonum Lib.  
I. Satyr. 4. sic Poëtam describit,

*Ingenium cui sit , cui mens divinior ,  
atque os  
Magna sonaturum , des nominis hu-  
jus honorem.*

Profecto nisi hae dotes in Lucano re-  
periantur , nec ille Poëta sit , nec ego  
homo. Virgilium omnes mirantur ,  
& ego cum iis. Jure profecto , jure.  
Sed tamen , si adeo inique cum eo age-  
retur , nonne putamus eum etiam re-  
prehensunculis locum aliquando dedif-  
se? Ut cum Æneam suam Didoni Ty-  
riae coevum facit , qui omnium  
Chronologorum consensu tribus cir-  
citer seculis eam praecessit. Nam di-  
ceret rigidus censor , Poëta , dum Hi-  
storice aliquid narrat , debet , si non  
vera semper dicere , saltem verissimilia  
fingere. Illam enim *quidlibet auden-  
di potestatem* temperat Horatius ad ve-  
rissimilia Lib. de arte Poëtica ,

*Sed*

*Sed non ut placidis coëant inimitia ;  
non ut  
Serpentes avibus , gementur tigris  
bus agni.*

Virgilius ex sua persona locutus dixit  
Lib. I. Georg. *Stellas praecipites coe-  
lo labi* , ad quod Servius ait , *sequitur  
vulgi opinionem , non enim omnia pru-  
denter à Poëta dicenda sunt*. Id ergo  
impune tulit , & jure , ac si Lucanus  
ex persona nautae cujusdam , aut Ægy-  
ptii è vulgo hominis aliquid *παχύτερος*  
dixit , vel de etefiis , vel de Nili incre-  
mento , vapulat non defunctorie censo-  
ri suo. Si dixit Virgilius de navibus  
quae urebantur ,

————— *Teucrorum res erit  
pe leto ,*

id impune fert ; licet letum imprò-  
prie dicatur de rebus anima carentibus.  
At Lucanus , eo quod dixit de Canopo  
stella , H 4 ——— *Aut*



————— *Australi coelo conten-  
ta vagari,*

magnos excitat clamores, & ἀκυρόλο-  
γος vocatur, à Lucanomastige Scalige-  
ro. Quid? nonne & jure reprehen-  
sus est ab Hygino Virgilius, teste  
Gellio Lib. X. cap. 16. eo quod non  
ex sua, sed ex Palinuri persona ait,

————— *Portusque require  
Velinos*

Cum Velia oppidum, à quo portus  
Velinos dixit sexcentis post Æneam  
annis demum conditum sit. Et frustra  
est Turnæbus Lib. XXII. cap. 1. dum  
excusare conatur ex notatione nominis.  
Nam Velinus est nomen proprium à  
Velia deductum, nullam aliam habens  
significationem, nec umquam inve-  
nitur pro palustri, ut vult Turnæbus,  
ἔλος est palus & ἑλωδης palustris, & ἑλια  
dicta fuit ἀπὸ τῆ ἑλως; sed non ideo,  
quod

quod Latini ἐλιβι in Veliam mutave-  
rint, non significationem, sed sonum  
secuti. Ideo Velia paludem, etiam  
& Velinus palustrem significabit, ne-  
mo qui sapiat sine exemplis credet.  
Plures etiam errores alios notavit idem  
Hyginus, quos videre potest quisvis  
apud Gellium dicto loco. Geogra-  
phico etiam errato Lib. III. Ænum  
eum Æneis confundit, & Æneidas  
in Thracia ab Ænea conditos ait, qui  
non in Thracia, sed in Macedonia, quin-  
decim à Thessalonica milliaribus, con-  
diti sunt ab Ænea, teste Livio Lib.  
XL. At Ænenses ab Æno urbe in  
Thracia, quorum nullus conditor Æ-  
neas teste Herodoto, qui Æolidem eam  
urbem vocat Lib. VII. sect. 58. &  
Strabo eam primum dictam Poltiobriam  
ait Lib. VII. pag. 319. à Poltyo Thra-  
cum Rege, quod erratum secuti sunt  
Mela, & Ammianus Marcellinus Lib.  
XXII. Et id notavit etiam vir summus  
Claudius Salmasius in suis ad Solinum  
commentariis. Non enim à culpa eum

*Australi coelo conten-  
ta vagari,*

magnos excirat clamores, & ἀνυρόλο-  
γος vocatur, à Lucanomastige Scalige-  
ro. Quid? nonne & jure reprehen-  
sus est ab Hygino Virgilius, teste  
Gellio Lib. X. cap. 16. eo quod non  
ex sua, sed ex Palinuri persona ait,

*Portusque require  
Velinos*

Cum Velia oppidum, à quo portus  
Velinos dixit sexcentis post Æneam  
annis demum conditum sit. Et frustra  
est Turnaeus Lib. XXII. cap. 1. dum  
excusare conatur ex notatione nominis.  
Nam Velinus est nomen proprium à  
Velia deductum, nullam aliam habens  
significationem, nec umquam inve-  
nitur pro palustri, ut vult Turnaeus,  
ἔλος est palus & ἐλωδης palustris, & ἑλια  
dicta fuit ἀπὸ τῆ ἑλως; sed non ideo,  
quod

quod Latini ἑλιαρι in Veliam mutave-  
rint, non significationem, sed sonum  
secuti. Ideo Velia paludem, etiam  
& Velinus palustrem significabit, ne-  
mo qui sapiat sine exemplis credet.  
Plures etiam errores alios notavit idem  
Hyginus, quos videre potest quivis  
apud Gellium dicto loco. Geogra-  
phico etiam errato Lib. III. Ænum  
cum Æneis confundit, & Æneidas  
in Thracia ab Ænea conditos ait, qui  
non in Thracia, sed in Macedonia, quin-  
decim à Thessalonica miliaribus, con-  
diti sunt ab Ænea, teste Livio Lib.  
XL. At Ænenses ab Æno urbe in  
Thracia, quorum nullus conditor Æ-  
neas teste Herodoto, qui Æolidem eam  
urbem vocat Lib. VII. sect. 58. &  
Strabo eam primum dictam Poltiobriam  
ait Lib. VII. pag. 319. à Poltyo Thra-  
cum Rege, quod erratum secuti sunt  
Mela, & Ammianus Marcellinus Lib.  
XXII. Et id notavit etiam vir summus  
Claudius Salmasius in suis ad Solinum  
commentariis. Non enim à culpa eum  
H 5 libe-

libetare sufficit Cononis Mythographi  
 autoritas, si forte eam secutus est,  
 contra plures & meliores notae aucto-  
 res, qui, ne quid dissimulem, apud  
 Photium est *sin eadem culpa*. Palico-  
 rum etiam aram in Sicilia posuit prope  
 Simaethum Lib. IX. quae prope Eri-  
 cen erat fluvium, errans ipse, & posteris  
 erroris causa fuit, ut optime notavit  
 Phil. Cluverius Sicil. Antiq. Lib. II.  
 Traxit & altera Virgilii culpa caeteros  
 Poëtas, & ipsum Lucanum, Virgilium  
 authorem secutum, qui Georg. Lib.  
 I. dum *Æmathiam* dicit *Theffaliam*,  
 quae Macedonia est, non *Theffalia*, vel  
 errans vel *υπεραχρησιμῶς*, causa fuit Lu-  
 cano & posterioribus Poëtis *Emathiam*  
 pro *Theffalia* ponendi. Ejus tamen  
 erroris forte primus auctor fuit Catul-  
 lus in Argonautico, & ab eo culpam  
 traxit forte Virgilius, Catullo quidem  
 contemporaneus, sed junior. In re-  
 bus naturae etiam Virgilius aliquando  
 hallucinatus est. Ut Lib. II. ubi *hie-  
 racem*, sive sacrum accipitrem facit e-  
 visce,

viscerate unguibus columbam in ipso  
 aëre, & inde cruorem fluere, & plumas  
 multas. Quod ipsi tirones accipitrariae,  
 sive falconariae artis, sibilo exciperent.  
 Sciunt enim eas aves non in aëre vo-  
 lantes, sed humi aut in arbore positas,  
 tum demum captarum avium & plumas  
 vellere, & viscera diripere non ungui-  
 bus, sed rostro. Ungues enim ha-  
 ctenus in eo ministerium suum prae-  
 bent, ut praedam firmam & stabilem  
 rostro praebeant. Gravissime etiam in  
 equestrem disciplinam impedit, Lib.  
 VI. *Æneid.* vers. 881. dum Marcellum  
 laudans ait:

*Seu spumantis equi foderet calcari-  
 bus armos.*

Est enim in equitante maximum vitium  
 fodere armos calcaribus. Quod scu-  
 tica ludi equestris magister severissime  
 castigat.

Plura possem; sed absit ut nodos  
 in scirpis quaeram, ut aliquid detra-  
 ctum

ctum velim famae maximi Poëtarum, quem praecipue colo, miror, veneror. Haec & talia sunt humanitatis vestigia, quae non debent officere famae tanti viri, quae in silva tot pulcherrimarum dotium, tot meritaram laudium, facile obruuntur. Habent & pulcherrimae facies suos naevos, non ideo contemnendae. Aequius igitur cum Lucano agatur, de quo tot egregia antiquorum testimonia exstant, quae non dubito neotericorum omnium convitiis praeponderantia pronuntiare. Voluit magnis inimiciis clarescere Julius Caesar Scaliger, paternas inimicitias amplexus est melior filius. Quid tum? Non defuit Homero suus Zoïlus, nec oportebat triumphanti Lucano deesse suum monitorem. Triumphapha nihilominus divine Vates, invitis Neronibus & Scaligeris. Litasti immortalitati, & in Deos poëticae artis evasisti. Regna in alterutro Parnassi jugorum. Hoc erat in tuis fatiis, ut ex operum gloria nata amplitudo famae,

mae, tibi Caesarum odium conciliaret. Nec valuit solus Nero implere tua fata. Ecce & alius superiore seculo Caesar insurrexit. Incaustum tamen obstrepunt, tuae tubae clangor illorum murmura facile superat. Jace igitur contentus fama tua. Nam licet dixerit te Fabius quidam Oratorem potius, quam Poëtam: alter *ad ima subsellia* te relegat. Certe omnibus sanis, & ab ira & invidia liberis, semper eris laudatissimus Poëta, aut aliquid Poëta majus, & qui Virgilio ita sis secundus, ut illius talos premas, & novissimis infestas vestigiis.

F I N I S.

R. RAPINI  
COMPARATIO  
HOMERI  
ET  
VIRGILII  
E GALlico LATINE REDDITA.

R. RAPINI  
 COMPARATIO  
 HOMERI  
 ET  
 VIRGILII.

**N**ter omnia opera, quorum  
 capax est humanus animus,  
 haud dubie excellit perfectif-  
 simumque habetur Poëma E-  
 picum, utpote quod unum in sese con-  
 tinet omnes omnium reliquorum per-  
 fectiones. Ita judicant quotquot sunt  
 eruditi, quamvis Aristoteles de Poë-  
 tica cap. 26. quod ad quantitatem,  
 Tragoediæ primas adscribat; cujus  
 cum partes minore claudantur ambitu,  
 multo videtur aptior ad conciliandam  
 voluptatem minus taediosam. Constat  
 nihilominus reliquas Poëmatis Heroici  
 dotes, quibus supra Dramaticum e-  
 m̄

130 *RAPINI COMPARATIO*

minet, tam esse grandes tamque notas, ut nemo negare audeat hoc ipsum esse excellentissimum inter omnes, qui ab ingenio perficiuntur, conatus. Homeri autem & Virgilii opera, cum omnium seculorum consensu in eo scribendi genere perfectissima semper atque absolutissima habita sint; statuere de illis uter utrum praecedere debeat, id vero esset, meo animo, litem, quae in his literis oriri unquam possit, maximam decidere, & pronunciare, quid illae ipsae habeant grande quidque perfectum. Majestatem enim sublimitatemque, quae in maximis hisce duobus Poëtis eminent, nemo unquam aequavit.

Casaubonus, eruditus inter primos hujus seculi Criticus, Praefat. in Persium Homerum Virgiliumque *omnis doctrinae apices* appellat: ut omittamus interim suffragia duorum literatissimorum & judiciosissimorum Principum, qui fuerunt unquam. Alexander enim, teste Plinio Lib. VII. cap. 9. reperta post victoriam in scrinio Darii Iliade, *eam pretiosissimum opus animi humani* dice-

*HOMERI & VIRGILII.* 131

dicebat. Augustus vero nihil se tanti facere ac Æneida haud obscure testabatur, tum impatientissimo ejus videndæ desiderio, dum viveret Virgilius, tum cura studioque servandæ atque exornandæ, postquam ille mortem obiisset. Ut nihil, inquam, demus auctoritati duorum tam excellentium tamque in literis versatorum Principum, certum est nulla unquam opera tanto elegantium ingeniorum applausu excepta fuisse, nulla tam unanimi consensu probata: nec repertus est longo illo seculorum decursu, qui meritissimas palmas in dubium vocare ausus fuerit, quin simul sese idem ludibrio prostituerit, & tam stolidam vanamque arrogantiam palam fecerit omnibus, quam foret pusilli infirmique iudicii. \*

Inter eruditos superiorum aetatum, quorum industria aliquid de Homero Virgilioque statuit, & comparationem utriusque parallelam fecit, eminent Macrobius, Julius Scaliger, &

I 2

Ful-

\* Casaub. dissert. de Homero,

132 *RAPINI COMPARATIO*

Fulvius Urfinus. Verum cum, ut Grammatici solent, exteriora tantum & superficiem (ut ita dicam) utriusque operis libaverint, neque penetraverint ad fundum usque, parum recte judicaverunt. Idem vitium omnibus paene doctis errandi causam dedit, & praecipua ab Homero mente, praeintrinxit quasi fulgure omnium oculos, qui ad eruditionis gloriam aspirarunt. Scimus enim eos, qui Doctorum nomine censei affectant, credere, non minimum ad honorem famamque momentum adferre, si se ab Homeri partibus stare profiteantur, ipsamque anteponant Maroni: atque adeo iis nescio quae majoris scientiae species videtur, amplecti & sequi perfectam aliquam virtutem, quae, ut probe cognoscatur, & majorem requirit acrimoniam ingenii, & profundiorē industriam. Profecto, uti opus est diffusiore eruditione ad recte formandum de Homero iudicium, quam de Virgilio: longe se abesse putant à vulgo, si huic illum praeferant; eaque ratione

& via

*HOMERI & VIRGILII.* 133

& via haud obscure prae caeteris emnere suam iudicandi facultatem, qua maxime laetatur varia illorum hominum ambituuncula, qui docti & scientes haberi volunt.

Rejiciendum est hoc praeiudicium, etiam eruditissimo cuique. Saepe enim aptiores sumus ad iudicandum, cum nos non esse aptos credimus: est quoque interdum auctoritas, auctoritatem non affectare; quia occupatus à praeiudicio animus nunquam non amittit libertatem illam ingenuam & nulli addictam, qua necesse habemus, ut recte & sine affectu iudicemus. Has ego partes sequerer, procul habita praecipua occupatione, si vellem iudicare de iis, quae examino: protestor autem nihil me, nisi observationes daturum & cogitationes super Poëmatibus duorum nostrorum Auctorum; potestatem porro omnem de hisce ipsis decidendi illis relicturnum, qui sunt me sagaciores.

Ut ergo initium faciamus huius quaestionis, non gravabor concedere; Homerum longe vastioris ambitus cam-

I 3

pum



134 *RAPINI COMPARATIO*

pum aperire, quam Virgilium; multo esse diffusio-rem in characteribus; pingere multo elegantius cogitationes suas; imagines quoque habere perfectiores, observationes magis morales magisque sententiosas, inventiones opulentiores, animum rerum omnium capacio-rem; artes omnes in numero habere; esse Poëtam, Oratorem, Mathematicum, Philosophum, Astro- nomum, opificem, quandocunque li- buerit; plus varietatis habere in dis- ponenda Fabula, plus animositatis il- lius, quae poëtam supra se rapit; elo- cutionem nervosio-rem; naturam felicio-rem, factumque adeo Poëtam ipso corporis atque animi temperamento; versus illius ostentare plus magnificen- tiae pompaeque, suavius implere au- res mensura sua & numero, si quis ex- acte calleat artificium: de his autem omnibus postquam convenerit, nihil egerimus aliud, quam quod solent Grammatici: plura enim examinanda veniunt, & quidem magis essentialia.

Itaque ut recte atque ordine dispu- tatio-

*HOMERI & VIRGILII.* 135

tationem suscipiamus, proficiscendum est à definitione Poëmatis Epici, vi- dendumque quam habeat materiam, quam formam, quem finem, quas- que alias partes. Epopoeia, ait Ari- stoteles de Poët. cap. 5. est imitatio a- ctionis illustris; & hoc quidem com- mune habet cum Tragoedia: diffe- runt tamen in eo, quod Tragoedia i- mitatur per repraesentationem, Epo- poeia vero per narrationem. Materia igitur Epopoeia est Actio Heroica; forma, Fabula; finis, instructio Prin- cipum & Magnatum.

Ad haec sive principia sive regulas examinemus Homeri Virgiliique Poë- mata: neque ultra illustria haec opera consideremus per partes: nec confere- ramus inter se duorum maximorum Poëtarum descriptiones, comparationes, & epitheta. Exteriora haec sunt; & superficiem tangunt tantum: nobis vi- dendum erit, quid habeant essentialia, & in proposito, & in executione. Id autem ut commode efficiamus, sequa- mur ordinem partium Poëmatis Epici, quem

quem ponit Aristoteles capite de Poëtica septimo : eae sunt Fabula , Mores , Sententiae , & Elocutio , ita Homerum & Virgilium committamus , & hoc ipso quidem ordine.

Incipiamus à Fabula , Poëmaticis Epicis parte prima , eamque puram ac simplicem sine ullis Episodiis , & in Iliade & in Æneide consideremus.

Iliadis Fabula est : unum è Ducibus exercitus Graeci succensuisse Regi , castra reliquisse , neque amicis neque officio munerique suo auscultantem ; deseruisse communem Patriae causam , ut morem gereret irae & furori suo ; totum se dolori luctuique dedisse in ista sua solitudine. Hostes interim praeciae rem gessisse , hac occasione usos ; caeso autem amicorum primo , arma iterum cepisse vindictae gratia ; atque ita effraenem animi motum fecisse , id quod ratio minime potuisset ; superatum caesumque tandem ab eo primum hostium Ducem : habemus Iliados Fabulam , nunc Fabulam Æneidos videamus , reciso omni Episodiorum choragio.

Prin:

Princeps quidam , ob adversam belli fortunam patriaeque totius ruinam , fugere coactus , quaerit ubique exterum regnum , in quo se ac suos stabilire possit : Deos Penates & Parentem fugae comites assumit. Moti hac pietate Dii in partem veniunt discriminis , pulcerrimamque orbis universi oram propriam ei faciunt : ipse autem fundator fit florentissimi , quod unquam fuit , Imperii.

Committamus nunc inter se duas istas Fabulas ; & ex actionum magnitudine , ipsorum magnitudinem Heroicum dimetiamur. Achilles actio & patriae & suis perniciofa est , ut ipse profiteretur Homerus : Æneae vero utilis & gloriosa : alterum movit immoderata animi affectio , alterum virtus. Achilles causam praebet occidendi Patrocli amicorum optimi ; Æneas & Diis & Patri & suis omnibus salutem asserit ac libertatem. Posterioris actio est Heroica , id est , ut definit in Moralibus Aristoteles , *ὕπερ ἀνθρώπου* , *supra hominem* : prioris ne rationalis

I 5

qui-

quidem, habetque nescio quem ferociae characterem, quam idem ille Aristoteles virtuti Heroicae ex diametro opponit: ut enim illa supra, sic ista infra hominem est.

Perfectiorem habet finem Æneae actio, quam Achillis: illa enim cum morte Turni rem totam conficit, haec minime. Obsidio Trojae annum etiamnum integrum post Hectoris caedem continuatur: atque inde Quintus Calaber & Ægyptius Tryphiodorus, quorum uterque Homeri pressit vestigia, viderunt imperfectam esse Iliada, quia mors Hectoris non est operis terminus; gradus est tantum ad terminum. Quaquaversus itaque confideremus Æneida, felicius illam finiri, quam Iliada, & perfectius semper videbimus.

Si vero expendamus, quanti fuerit iudicii, inventionis, ingenii, argumentum eligere, quod Romanos Deorum sanguine oriundos faciat, praecipueque Augustum rerum tum potentem, eique tam artificiose aduletur  
pro-

promisso aeterno Imperio. Quam non pulcritudinem, quam non majestatem, atque excellentiam admirabimur in isto inimitabili delectu Maronis? quid autem istis simile Homerus dare potest? ut enim nemo unquam scriptor tantum honoris patriae suae contulit, quantum Romanis Virgilius, quibus divinam dedit originem, posteritatemque aeternam lege Fatorum; ita non injuria Homerus dici posset dedecorasse suos ciyes, postquam Heroem sibi finxit cujus ob furorem tantum Heroum perire necesse fuit, quos ille veluti victimas dolori suo atque irae immolari immotus patiebatur. Haec est causa, cur Plato tam acriter reprehendat iram Achillis, tam exitiabilem Graecis ac perniciosam: quod & post Platonem observavit Torquatus Tassus.

Potest nihilominus excusari Homerus, quod hunc animi morbum argumentum fecerit sui Poëmais, eo quod iracundia veterum Heroum, ante praedicatam orbi mansuetudinem clementiam-

tiamque Christianam, non fuerit imbecillitas neque vitium, ut videtur innuere Torquatus Tassus in Dialogo de Virtute. Cum vero idem ille Plato iram non esse virtutem docet, nisi quando arma capit ad defendendam tuendamque rationem; conficitur iram Achillis nequaquam fuisse virtutem, quae tam longe excesserit terminos rationis, quod & Tassus asserit secundo Opusculorum volumine. Est itaque materia Poëmatici Maroniani & felicior, & Latio ipsique auctori gloriosior; electio autem & sapientior electione Homerica, & judiciosior.

Achillis actio cum sit multo admirabilior quam Æneae, utpote quae ab illo solo dependeat, sine auxilio aut societate cuiusquam; illiusque adeo vel praesentia vel absentia bonae malaeque apud Graecos fortunae sit causa; nemo est, qui non huic priores statim adscribit. Id vero non eodem modo se habet, si quis ordine omnia consideret, examinetque aliquanto propius duos istos Heroes. Et primo quidem

ob:

observandum venit, veri esse simile Homerum in mente non habuisse, effingere nobis in Heroë suo ideam magni ducis aut Principis perfecti: sed monstrare tantum voluisse, quam sit exitiabilis inter socios discordia, atque ipsa actionem ponere, quae esset & terribilis simul & admirabilis, ut sensit Torquatus Tassus.

Longe aliam viam tenuit Xenophon, qui, ut Cyrum suum ab omni parte perfectum redderet, non mansit intra limites veritatis: ideam duntaxat dedit Principis perfecti, juxta praceptum Aristotelis in Poëtica, qui Poëtam imitari vult non similia vel vitiosa, sed perfectissima. Plato quoque libro de Legibus quinto docet, nihil esse imitandum, nisi quod sit optimum. Deinde, ut imago in imitatione justa debet esse similis archetypo suo: ita hoc archetypum oportet, ut sit non hic aut ille homo vel Princeps, sed idea Principis vel hominis, quoad ejus fieri potest, perfectissimi, atque ad hunc modum descripsit Plato perfectam

tam

Etiam iusti hominis ideam, Xenophon Principis, Oratoris Cicero; unicuique attribuentes id, quod esset optimum in idea, quam formabant.

Patet hinc non esse secutum has regulas Homerum in formando Heroë suo, utpote cui non exigua det vitia, & à quo nihil humani sit alienum: cum deberet cogitationi nostrae fisci tanquam cumulus omnium virtutum: Poëma enim Heroicum (quod recte praecipit Paulus Benius in Sermonibus Academicis) oportet, ut exprimat ideam perfectissimi Ducis, aut formet Heroa, in quo sit omnis virtus militaris, & civilis.

Atque hoc quidem prae Homero praecipuum habuit Virgilius. Cum enim ille in condendo Heroë suo aliam ideam non haberet, quam virtutes Herculis aut Thesei, aut cujuscvis alius priorum temporum, quos sane non suspexit orbis, nisi propter corporis robur & audaciam; non est, quod miremur ea tempestate Heroem dedisse nobis, cujus mores adeo non sint  
boni,

boni. Neque in Historia rerum gestarum, neque in libris ulla extabat idea virtutis moralis. Et ut homines tum temporis graviores non habebant hostes, quam monstra bestiasque feroces; opus erat viribus duntaxat & robore corporis ad acquirendam Heroici nominis gloriam. Nesciebant illi affectus animi immoderatos his hostibus multo periculosiores esse, & terribiliores; neque cognita satis erat Moderatio, nec Justitia.

Virgilius itaque, praeterquam quod ex duobus Heroibus Homeri, forti Achille & prudente Ulyssè, unum suum format Æneam, addidit quoque animositatem Ajacis, Nestoris sapientiam, infatigabilem patientiam Diomedis, aliasque virtutes, quibus Homerus characteres suos distinguit in utroque poëmate. His autem cum jungeret quicquid excellens fuerat in omnibus magnis viris, in Themistocle, Epaminonda, Alexandro, Annibale, Jugurtha, & mille aliis exterorum; in Horatio, Camillo, Scipione, Sertorio;

rio, Pompejo, Caesare, & majore suorum numero; quid mirum, si Heroem concepit animo infinitis partibus perfectiorem, quam fecerat Homerus? Eadem ratione celebrem istam Helenae imaginem, seculi sui miraculum ac stuporem, felicius atque exactius perfecit Zeuxis, quam Venerem suam Apelles. Zeuxis enim formandae ideae suae collegerat, quidquid puellarum esset pulchrum ea aetate atque perfectum, ut exprimeret; cum Apelles sola sua niteretur imaginatione, quam ita angustam experiebatur, ut coactus fuerit manum tollere de imperfecto opere, cum crederet non posse se tam bene finire, atque inceperat.

Inaequalitas ista argumenti, de qua sermo est nobis, multo apparebit evidentius, si conferamus Achillem, qualem Horatius in arte Poëtica posuit, cum Maroniano Aenea. Animosus est Achilles ac fortis: sed & idem

—— *Iracundus, inexorabilis,  
acer,  
Jura negat sibi nata, nihil non arro-  
gat armis.*

Praeter has virtutes parum sane Heroicas, crudeliter se gerit contra corpus occisi Hectoris, in quo alacri laetitoque animo suam exercet vindictam; inauditoque avaritiae exemplo vendit afflictissimo patri filii sui cadaver, ut nihil jam dicam de hominis levitate, cui ignosci non potest, deserentis grande illud ac magnanimo Graeciae totius consensu susceptum bellum, idque ob ereptam ancillam, cujus desiderio in lacrimas solvitur & lamenta, non sine apertissima pusillanimitatis confessione. Heros hic denique Homeri tam celebris, tam decantatus omnibus seculis, quasi quaedam epitome est omnis imperfectionis & vitii.

Virgilius è contrario omnes undique virtutes in unum cogit, quibus ornet Aeneam. Religionem illi dat er-

146 *RAPINI COMPARATIO*

ga Deos, pietatem erga patriam, amorem atque amicitiam erga suos, aequitatem & justitiam erga omnes: audacem facit in subeundis periculis, laborum patientem, animosum fortemque in armis, in rebus gerendis prudentem. Bonus est ubique, pacificus, liberalis, disertus, pulcher, popularis, decora majestate conspicuus; &, ne quid desit, quod ad gloriae cumulum in viro magno possit requiri, felix est. Opponi non incommode possunt Horatio de Achille elogio duo illi versus, quibus Ilioneus Didonem alloquitur in primo Æneidos libro:

*Rex erat Æneas nobis, quo justior  
alter,*

*Nec pietate fuit, nec bello major  
& armis.*

Hæ sunt tres illae virtutes capitales è quibus constat verus Æneae character, Religio, Justitia, & Fortitudo: laudabatur ab iisdem Augustus, cujus imaginem in Heroë, quem Augusto  
dica:

*HOMERI & VIRGILII. 147*

dicaverat, artificiose exprimit Maro, ut recte observavit Segraevius, in præfatione Æneidos à se versæ. Quod quidem blandiendi genus longe est subtilissimum, usu autem venit Virgilio id, quod tam ingeniose Trajano Imperatori dixit postea Plinius; *ingenti formantique Principem, vota concipere succurrit similem huic, quem videmus.* Ovidius Fastor. lib. 2. quoque inter primas Augusti dotes Pietatem censet,

*Sub quo delubris sentitur nulla se-  
nectus;*

*Nec satis est homines, obligat il-  
le Deos.*

Virgilius itaque ex virtutibus Augusti, aliisque longo ordine, quas apud diversos observaverat Heroas, formavit suum: est enim vera virtus Heroica nihil aliud, quam collectio in unum omnium virtutum, ut in Ethicis docet Aristoteles. Et profecto si voluerint Pythagoræi cum, qui mereretur aliis

148 *RAPINI COMPARATIO*

ut Rex praesse, non tantum carere vitiis, sed omni ex parte esse perfectum, adeoque omnes habere virtutes: quanto majore ratione convenit Heroem, ad cujus exemplum componendi sint Reges, virtute dotari consummatissima!

Conveniet nihilominus inter se his observationibus, etiamsi priores non damus Æneae. Character enim ille Magnanimitatis, & strenuitatis, quem Achilli assignat Homerus, quique inter omnes alios maxime est Heroicus, multo ibi splendidius eminet atque illustrius, quam in Maroniano Æneae, multoque signatius Æaciden distinguit à sociis suis, quamvis & ii omnes sint magnanimi, & strenui. Nihil enim omnino fieri vides sine illo; ille solus & prosperae fortunae auctor est, & adversae in exercitu Graeco.

Non diffiteor fortitudinem Achillis plus habere splendoris clariusque oculos ferire quam Æneae; haec enim sola virtus est Heroica, qua dotatus ab Homero, & à reliquis ducibus distingu-

gui

*HOMERI & VIRGILII.* 149

guitur: quam ob causam, cum sit sola, non potest non eminere: in Æneae vero, ubi quamplurimis aliis commitata est, haud ita evidenter apparet, decus enim suum miscet ac quasi confundit cum caeteris viri virtutibus, in Heroë Homericò nihil nisi Achillem reperias: in Maroniano autem offerunt se Menelaus, Agamemnon, Ulysses, Ajax, Nestor, Diomedes, imò Achilles ipse, si quis non incuriose consideret secundum Æneidos librum.

Negari quoque non potest, si recte calculum ponamus in discernenda vera Fortitudine à Temeritate, recteque consideremus terminos, quos in Ethicis Magnanimitati statuit Aristoteles, fortitudinis illum characterem, quo Virgilius insignit Æneam, non potuisse altius efferri: quem ut bene noscamus, meditatione opus est, nihilque nobis elabi debet eorum, quae ad occupandos animos valere judicavit Poëta.

Primum moneri facit Æneam ab He-

K 3

ctore;



190 *RAPINI COMPARATIO*

Etore, post mortem in somnis appa-  
rente, captam esse à Grajis Trojam,  
ita velle fata, ut funditus excidatur.  
Monet haec umbra, cui sacrosancta  
Religionis fides abesse non poterat: ut-  
que plane persuadeat Aeneae fugam,  
non posse dicit servari urbem, quae  
alioqui ipsius manu fuisset servata: il-  
lum autem abunde satisfacisse Patriae  
virtute sua,

*Sat Patriae Priamoque datum. —*

Nihil habebat, quod quaereret ultra  
Aeneas, cum è tam sancto teste disce-  
ret voluntatem Deorum. Excussus au-  
tem somno incendiis vicinorum, &  
rumore direptae urbis, domus suae  
rectum ascensu superat, arbitraturus  
oculis causam tanti mali; protinus ar-  
ma arripit, quibus patriam tueatur,

*Pulcrumque mori succurrit in  
armis.*

Nullò terretur periculo; quamvis so-  
lus, armatusque in publicum proruit.

Nef-

*HOMERI & VIRGILII. 151*

Nescius quo feratur, inconsultis ami-  
cis in ruinas fertur & flammis, & quo-  
quo maxime vocabat miseranda confu-  
sissimae urbis facies,

*In flammis & in arma feror. —*

Occurrunt Coroebus, Dymas, & Hy-  
panis, cum paucis suorum, quos in  
hostem ducit, & exemplo suo incendit,

*— Mori amur, & in media ar-  
ma ruamus.*

Androgeonta unum è ducibus adver-  
sae partis caedit dextra sua; ingen-  
temque Graecorum stragem edit ex-  
igua suorum manu; mutat clipeos, &  
Danaum insignia Phrygibus aptat, tan-  
to quidem cum successu, ut multos  
ejiciat extra urbem, qui fugam capes-  
sunt ad naves,

*Diffugiunt alii ad naves, & litora  
cursu  
Fida petunt.*

K 4

Im-

152 *RAPINI COMPARATIO*

Immenso autem oppressus numero, cum jam cecidissent Dymas, & Hyanis, & amicorum reliqui, regiam petit, quae acerrime oppugnabatur, defensusus Priamum Priamique familiam,

*Instaurati animi, Regis succurrere testis, &c.*

Quo cum advenisset serius, omnia late jam tenentibus & vastantibus Grajis, derelictus à cunctis,

*Jamque adeo super unus eram,*

postquam longævum Regem Regiamque cum liberis ante aras vidisset mactari, domum repetit expositurus vitam pro patre. A matre autem Venerè dextra prehensus detinetur, quae discussa mortali caligine, natum docet, contra Deos arma geri, Deorum inclementiam evertere Trojanas opes, urbemque à culmine sternere; Jovem quoque & cum Junone Palladem à partibus stare Graecorum,

*Ad-*

*HOMERI & VIRGILII.* 153

*Adspice namque omnem quae nunc obducta tuenti*

*Mortales hebetat visus, &c.*

Itaque Æneas, qui videbat inimica Trojae numina, debebat hic retinere armorum impetum, nisi mallet impius haberi, & temerario ausu resistere tot Diis conjuratis. Nihilominus cum venisset domum, sanguinem suum fufurus pro conservando patre, eumque videret nolle excisa patria vitam producere, arma rursus capit, ut cadat saltem honesta morte. Quo incepto ut demoveatur, opus est prodigiis & monitis coelestibus, quae ipse interpretatur Anchises, iisque solis auscultat Æneas: Diis cedit, non hominibus,

*Hic ferro accingor rursus.* \_\_\_\_\_

*Subitoque fragore*

*Intonuit laevum.* \_\_\_\_\_

*Cessi, & sublato montem genitore petivi.*

Nescio sane utrum magnanimitas unquam

K 5

quam

quam major esse possit. Initium hoc est fortitudinis Æneae: quicquid in frequentibus libris strenue facit, impressum gerit characterem istius virtutis, quam admiraremur vel hoc nostro aevo, ubi sine ullo discrimine pulcherrimi tituli honorem brutalitati damus, ac furori, & temeritati.

Non erit arduum ex his Observationibus statuere, utrum Achilli an vero Æneae palma adjudicari debeat, quive eorum melior sit & perfectior; quae pars est maxime essentialis poematis Epici. Transeo ad secundam, quae consistit in Ordine Fabulae, sive Dispositione.

Dispositio illa è tribus nascitur rebus, ex connexionione naturali actionis principalis partiumque omnium, quae illam componunt; ex justo verissimum & admirabilem temperamento; ex apta episodiorum congruentia cum actione principali. Atque haec tria, quae rerum constitutionem conficiunt, (*σύνθεσις τῶν πραγμάτων* vocat Aristoteles) adeo sunt essentialia poemati Epico,

pico, ut sine illis perfectum esse non possit.

Actio, quae prima est, debet esse secundum Aristotelem integra & perfecta: id est, ut ipse explicat, quae habet initium, medium, & finem. Vult autem Horatius in arte Poëtica, ut tres istae partes bene inter se cohaerant,

*Primo ne medium, medio ne dis-  
crepet initium.*

Videamus, quid super hoc praecepto observari possit in utroque Poëmate. Si actio principalis in Iliade Bellum est Trojanum, ut iudicavit Horatius, magnus hac in arte arbiter, qui Homerum Epist. Lib. I. Epist. 2. vocat *Trojani belli scriptorem*, & alii plures: mutila est & imperfecta. Bellum enim Trojanum neque finem in Iliade, neque initium habet: non aliter ac statua, cui cum capite pedes desunt. Talis est apud Flaccum in arte Poëtica faber,

*Infelix operis summa, qui ponere totum  
Nesciat.*

Si vero est ira Achillis, quod quidem vero similis, quodque ipse Homerus in propositione fatetur; ira ista re vera initium habet; sed neque finem, neque medium: superatur enim atque ejicitur ab alia ira contra Hectorem propter caedem Patrocli. Habemus itaque duas iras, priorem ob amissum amicum, alteram ob ereptam amicam. Maximum autem vitium est, quod reliqua pars poëmaris nullam habeat connexionem cum ista ira: ipse Homerus decem & octo librorum spatio nihil de ea cogitat amplius, non aliter quam si propositionem suam & consilium esset oblitus, quod veluti Cynosura quaedam vel Helice semper ante oculos habendum est, aut necessario errandum. Longo isto tractu nihil loquitur nisi obsidiones, praelia, invasiones inopinatas, concilia Deorum, &c. quae omnia referuntur ad obsidionem Tro-

Trojanam. Haec est causa, cur arbitratus sit Horatius argumentum Iliados esse bellum Trojanum, quod & nomen ipsum indicat. Unde unde itaque consideremus hoc poëma, imperfectum reperiemus ab hac parte. Neque perfectior actio est Odyssae quam Iliados. Inchoatur Odyssæa per peregrinationes Telemachi, finitur autem cum erroribus Ulyssis. Omnia fiunt Telemachi gratia in quatuor primis libris: narrant illi Menelaus, Nestor, alique Principes Graeci, variam obsidionis Trojanae fortunam; nihil profus cogitatur de Ulyssæ. Unde judicavit Paulus Benius in Sermonibus Academicis super Homero & Virgilio, Fabulam Odyssæae esse omnino duplicem. Ut jam non statim in hanc sententiam abeamus; verissimum est, difficulter inveniri posse justam connexionem actionis principalis, eamque proportionem, quam requirit Horatius eo, quod posuimus, praecepto, ad partes apte & naturaliter jungendas. Quin imo ipsum iter Telemachi nul-  
lam

158 *RAPINI COMPARATIO*

lam habet proportionem ad iter Ulyffis, quod est actio principalis: nihil ad rem facit, neque vel ullam occasionem praeberit reducendo Ulyffi, quod fit per dispositionem Jovis, & auxilium Phaeacum. Inde Benius quatuor primos Odyffaeae libros neque episodica esse dicit, neque partes actionis, nullamque habere connexionem cum reliquo opere. Profecto, quid sint, nescimus.

Æneis illo mihi vitio carere videtur. Solvit è Phrygia Æneas, iter facit, & in Italia regnum condit. Recte haec omnia cohaerent, & ad stabilendum novum imperium referuntur, quod verum est Poëmatici argumentum. Ad finem praeterea suum respicit semper Virgilius, neque extra oleas unquam spatiatur;

*Semper ad eventum festinat, & in  
medias res,*

*Non secus ac notas, auditorem rapit.*

Quin

*HOMERI & VIRGILII.* 159

Quin imo felicior est quam Homerus in disponendo ordine rerum & eventuum singularium, qui spectare debeant ad universalem poëmatici sui dispositionem.

Hic autem ordo atque haec apta materiarum dispositio constituunt admirabilem illam symmetriam & proportionem, in qua sola consistit perfectio, & pulcritudo magnorum operum, quae neque perfecta sunt, neque pulchra; nisi quatenus partes commode inter se cohaerent, & conveniunt. Unde advertit Benius, Poëma non debere judicari perfectum propter hujus aut istius membri pulcritudinem, sed omnium membrorum simul.

Iusta ista partium proportio & convenientia, quam inter se habere debent, multo illustrius sine controversia in Æneide eminet, quam in Iliade. Omnia hic suo ordine sunt posita suoque loco; neque unquam mortalium ullus hanc rerum & eventuum colloca- tionem melius & exactius servavit Virgilio, plane ex praescripto Hora-

ti.

tii, quod supra omnia commendat poetæ,

*Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici*

*Pleraque differat: —————*

Statuit vero Horatius omnem pulcritudinem operis omnemque perfectionem in eo ordine consistere, quia inde omnis est gratia.

Ne nimius hic sim in observandis notandisque singulis, comparabo tantum inter se ludos, quos facit Achilles in morte Patrocli, vigesimo tertio Iliados libro, cum iis, quos Æneas instituit in apotheosi patris Anchisæ quinto libro Æneidos.

Ludi ex illarum actionum sunt numero, quæ fieri possunt in vita Herois, & locum habere in materia Poëmaticis Heroicis; habent enim occasionem ostentandæ magnificentis, quæ est una ex attributis Heroicis. Virgilius suos quinto facit libro; primo quidem, ut lectoris sui imaginationem oble-

oblectet distrahatque à funesto illo mortis Didonis, quam in quarto representaverat; spectaculo, in quo erant crudele quiddam; deinde ut ipse quiescat nonnihil, ubi quiescere facit Heroem suum. Tales porro deliciae, ut placeant, in loco suo esse debent; teste Horatio ad Pisones:

*Ne spissæ risum tollant impune carinae.*

Male ludos dedisset secundo tertiove libro, quievisset enim nimis cito: quod contra Homerus nimis tarde facit tertio & vigesimo. Serum hoc est; nimis sumus lassus; nihil nos remorari debet, postquam perventum est tam prope ad calcem. Neque enim sapienter faceret aliquis, qui redux ab Indis, dum post absultos in itinere duos annos Romam contendit, mensem integrum Venetiis desideret, ut luderet aleam. Et profecto poterat magis esse ferius Homerus in fine operis sui: nam non videtur incredibile defessum iam aliquantulum fuisse; neque cum ab-

esset à meta tam prope, debebat tam longe recedere. Multo plurima sunt in illa ludorum pompa plane incredibilia. Actores ipsi longa sua verborum exhauriunt patientiam lectoris.

Altera pars dispositionis, justum nempe temperamentum inter admirabile & verisimile, essentialis quoque est poemati Epico, in quo inesse debet admirabile, ut Magnates, quorum gratia factum est, moveat, & incendat ad res magnas: requiritur autem, ut & pariter sit verisimile, ne aemulationem illorum desperatione consequendi extinguat. Ipsa certe veritas, cui soli servire debet Historicus, quae interdum nimis est valida, quam ut quemquam incitet ad imitationem sui, non semper tam idonea est materia poemati Epico, ac verisimilitudo, quae majorem habet convenientiam cum iis rebus, quas homines perficere solent. Verbi gratia, actio Samsonis, tot Philistaeos una asini maxilla occidentis, Heroica est; tamen non potest esse argumentum poematis Heroici.

roici. Nam etsi vera est, non est verisimilis; atque ideo nimis mirabilis, quam ut ad imitandum proponi queat. Hic igitur excessus declinari debet per justum verisimilitudinis temperamentum, sine qua omnia fiunt fabulosa & incredibilia, neque movent quemquam: nemo enim movetur nisi ab illis rebus, quas credit fieri posse.

Videamus utrum Homerus hoc praecipuum felicius fuerit secutus, quam istud prius. Tam parcus est in verisimili, in admirabili tam prodigus, nimio quodam desiderio excitandae ubique admirationis, ut nihil reliquum faciat, vel Rationi, vel Affectui, vel ipsi denique Naturae: omnia per machinam fiunt. Si Priamus amisit filium Hectorem, necesse est mittatur à Jove nuncia Iris, quae moneat senem, uti curam gerat occisi corporis, idque redimat ab Achille. Pater ille tam amans hujus gnati, tam superstitiosus in observandis funerum caerimoniis, nonne per se mentem advertere potest, ne avibus & feris laniandum re-

164 *RAPINI COMPARATIO*

linquat depositum tam carum? machina requiritur, ut sentiat se esse patrem.

Si Telemachus in Odyssæa quaerit Ulyssæ per omnem Graeciam, pedem movere non potest sine auxilio Minervæ. Ab illa ducitur ubique, ab illa ad omnia impellitur; ipse per se nihil facit, nihil cogitat. Grandem infantem dicas, qui sub nutricis cura gressum ponere discit. Cum honoris cupido, cum officii caritas, & ipsa natura movere deberent juvenis animum timentem patri, annos paene octodecim absentem, quid opus erat ad externum auxilium recurrere, & ad machinam? Haec ipsa quoque machina nihil habet quod sit verisimile; quia Minerva Telemachum quaesitum ducit per Graeciam universam, eo tantum loco excepto ubi degebat Ulysses, quem illa non debebat ignorare, cum esset Dea, cui nihil ignotum.

Tamen sic solet Homerus, qui ubique alta captans, ut semper sit admirabilis, omnia modis facit inusitatis, & plus

*HOMERI & VIRGILII.* 165

& plus quam naturalibus. Crederes Deos apud illum histrioniam exercere, & permutato statu quamvis personam induere. Mercurius aurigæ operam locat Priamo, tum ut eum sistat Achilli redempturum filii sui cadaver, tum ut tutum praestet à Graecorum excursionibus antequam intraret castrorum vallum: Jupiter ejusdem Mercurii ministerio utitur in sopiendis Graecis: ut autem Achilles tangatur dolore paterno, necesse est, Thetidem matrem praemitti, quæ Jovis jussu molliat ferocem gnati animum. Ut verbo dicam, omnia per ambages geruntur, Deorumque ministeria, quos neque ordo suus neque tranquillitas ab inmani hac servitute defendit.

Omnia alia apud Virgilium, qui religiosissime observat, id quod post illum Horatius praecepit in Epistola ad Pisones:

*Ne Deus intersit, nisi dignus vincat  
dice nodus*

*Incidit.*



166 *RAPINI COMPARATIO*

Ea ratione poëta judiciosissimus Mercurii interventu Æneam ex terribili inquietudine animique aestu, quo jactabatur, eximit libro quarto. Data Didoni fides Carthaginè tenet suspensum, fata filii promissumque à Diis sine fine imperium urgent, ut classem solvat: huc atque illuc impellitur; instat & premit hinc Didonis amor, illinc religio Deorum: opus est jussu coelesti divinaque potentia, ut emergat ex tam vasto curarum gurgite. Ipsa necessitas monentem hic inducit Deum, qui rumpat omnes nodos: quod fit per Mercurium.

Ejusdem artificii est, quod libro primo narratur. Non pastor aliquis aut venator erranti Æneae viam monstrat, id quod erat naturale; apparet ipsa filio Venus, quem docet, in qua sit regione, quam sortem habuerint socii, quos periisse credebat, & qua deinde via sit insistendum. Illo enim rerum articulo necesse erat à Deo aliquo moestum Æneae animum in spem meliorem erigi, quippe qui vix modo eva-

serat

*HOMERI & VIRGILII.* 167

serat ex insana tempestate, qui ante oculos suos aliquot suae classis naves fluctibus viderat hauriri, qui ventorum undarumque turbine distractus eiciebatur in litus desertum, procul ab omni humano auxilio, & paene adæquus ad desperationem. Non debebat poëta hic relinquere periclitantem, & extrema omnia metuentem: erat quoque verisimile Deos non odisse illum, cujus pietati tantum debebant, cujus fugae & exilii comites erant: exigebat praeterea decorum, meliorem animum à matre inspirari gnato, etiam postquam ipsius fata è Jove didicisset.

Accedit, quod, quamquam machinae apud Virgilium plus habent rationis & verisimilitudinis, minus tamen reperientur frequentes minusque coactae, si quis utrumque expendat cum cura. Ipsa illa parca raritas ministrorum Divinorum longe melius respondet & ordini Divino, & conditioni, multisque partibus judiciosior est in Virgilio, quam in Homero, quem idcirco Dion Chrysostomus vocat *κατακρίματα ψευδομένον*. L 4 Est

Est praeterea genus quoddam admirabile, de quo Homerus in omni sua anxia admirabilium affectatione ne somniavit quidem, nempe foeminas inducere bellicosas ac pugnaces, quod cum sit remotum à sexu quam longissime, insignem inde ornatum operi suo conciliavit Virgilius, cum undecimo libro talem depingit Camillam. Quod, post Dionem Chrysostomum in oratione de Rebus Trojanis, observavit in opusculis Torquatus Tassus.

Dispositionis tertia pars est Episodiorum mixtura cum actione principali. Episodium est digressio ab argumento; quocirca neque grande debet esse, ut bene servetur proportio; neque coactum, aut longe petitum, ne peregrinum aut alienum videatur; denique non nimis frequens, ne confundat ac turbet argumentum. Homerus inchoat *Odyssæam*, perfectissimum duorum illius Poëmatum, ab Episodio quatuor librorum; abit ab argumento, prius paene quam accesserit, & ut domum struat juxta regulas artis, incipit à parte

à parte quadam, quae est extra totum opus, secundum observationem, quam supra posui.

Talene quicquam reperitur in Episodiis Virgilii? mire omnia conveniunt cum argumento, uti illud de Pallante & Euandro, de Niso & Euryalo, de Camilla, & quae plura occurrunt. Illud ipsum de Didone, omnium longissimum & spatiosissimum, nunquam ab Herois persona distractum est; ipse loquitur, ipse fortunas suas narrat: nusquam fere ab argumento discedit, quin ad se ipsum redeat frequenter. Quod frustra quaeras & in *Iliade* & in *Odyssæa*: ex oculis amittimus, idque plurium annorum spatio, utrumque Heroem, Achillem & Ulysses: & multum adhuc itineris restat, priusquam iterum appareant.

Examinandum iis relinquo, qui non perfunctorie expendent utriusque Episodia, utrum Homeri tam parum sine coacta & affectata, tamque naturalia, atque illa, quae apud Virgilium. Quid commune habet vulnus Marti à Diomedea

170 *RAPINI COMPARATIO*

mede inflictum cum ira Achillis? Multus est in hoc casu Homerus libro Iliados quinto: Mars, plorans ut inultus puer, conqueritur Jovi, à quo mordacibus jociis excipitur. Arcessitur Paeon, medicus Deorum, ut faucio medicinam faciat: accedit & Hebe Dea; Poëta, cui placet tam amoenus locus, urget propositum quantum potest, ac bellos ludos facit, & ad misericordiam lectorem moveret, nisi obstaret Genius majestatis Homericae.

Ne omnia particulatim consideremus, quod infiniti foret operis; Virgilius nunquam abit ab argumento, Homerus fere semper, & varia multiplicique Epifodiorum copia, torrentem imaginationis suae intemperiem ubique sequitur nullo facto discrimine. Non dissimilis est peregrinantibus, qui ubique haerent admirabundi, quamvis multum adhuc restet itineris. Nullus ictus vel infertur vel excipitur in medio pugnae ardore, unde non occasionem capret historias narrandi & genealogias.

Mo:

*HOMERI & VIRGILII. 171*

Mores, secundum Aristotelem, tertiam partem occupant in dispositione Fabulae; neque hi tantum poëtam spectant, quantum actores & personas, è quibus consistit Actio. Quam non hic differentiam inveniemus inter duos maximos poëtas? Reges & Principes apud Homerum convicia de plaustro jaciunt. Agamemnon in Iliade impudenter atque impie insultat magno Apollinis sacerdoti Chrysi, raptam filiam timida reverentia, nec sine muneribus reposcenti. Nihil se facere dicit insignia sacerdotii, quibus certe honorem & cultum debebat. Chryses ipse neque melius neque honestius loquitur, ubi Apollinem obtestatur, ut severe vindiceret hanc injuriam, & perdat omnes Graecos. Dure sane atque crudeliter; cum Sacerdotis sit pro salute populi, proque Imperii conservatione Deos precari.

Achilles libro nono decimo multo cum questu exponit metum, quo angitur, ne muscae vulnere Patrocli occisi infideant, unde posset putrescere

totum

172 *RAPINI COMPARATIO*

totum corpus, & deformius fieri. Metus ille de muscis estne satis dignus tanto Heroë? Poëta ipse satis prudens, qui faciat Theidem Deam abigere muscas?

Ulysses, qui tanquam omnis sapientiae exemplar proponitur, inebriari se patitur apud Phaeacas; unde reprehendunt Homerum Aristoteles, & Philostratus. Sed unde sapientissimo viro tanta dementia, ut obliviscatur tam cito uxorem suam foeminam pudicissimam, filiumque, quem amabat tantopere, quo se irretiendum praebeat infidiis prostitutissimae Calypsus, & infamis veneficae Circes; neque, Rex cum sit, detrectet pugnis certare cum homine mendico & miserabili Iro? Priamus nequaquam ut patrem se gerit; crudelis est in reliquos liberos, ut exprimat dolorem, quem cepit ex morte Hectoris. Malle se dicit omnes videre occisos, modo reviviscat Hector. Poterat mitiore oratione aegritudinem suam expressisse.

Nihil dicam de inhumana feritate  
Achil;

*HOMERI & VIRGILII.* 173

Achillis contra corpus jam occisi Hectoris. Audiamus nobilem Ciceronis locum Tuscul. Quaest. Lib. I. *Trahit Hectorem*, inquit, *ad currum religatum Achilles*, *lacerari eum & sentire*, *credo, putat, & ulciscitur, ut sibi videtur.* Non est haec satis Heroica voluptas. Congressus ille Ulyssis & filiae Alcinoi in sexto Odysseae plane terminos honestatis excedit; & Nauticaa, five commiseratione ducta five curiositate, oblita videtur pudoris sui.

Denique Decorum in utroque Homeri poemate parum servatum est: patres facit duros & crudeles; Heroës inconstantes, & passionibus animi nimis obnoxios; Deos aerumnabiles; inquietos, vitiligatores, quique se oderint mutuos: utpote qui nihil adhuc profecissent in Philosophia Stoica, quam deinceps Zeno ejusque sectatores docuerunt homines, ut eos rationis capaciores redderent & perfectiores, quam sunt in Iliade & Odyssea Dii. Omnia in Virgilio contraria. *Drances & Turnus succensent alter alteri*

174. *RAPINI COMPARATIO*

teri, atque in se mutuos invehuntur, sed ut decet viros primarios: amor Æneae & Didonis, fatendum est, non habet, quo pergat ulterius; sed neque pudor laeditur, neque honesta vivendi ratio: Dii ipsi nunquam indecore se gerunt: quicquid ad officia vitae, quicquid ad probos mores spectat, religiosissime servatur. Quippe Virgilius admirabile illud Terentii artificium ante oculos habuerat, cui in moribus, supra Caecilium & Plautum, alis dotibus insignes, palmam aperte dedit Varro.

Ignoscendum hac in parte Homero: aetas illa, qua scribebat, moribus vivebat incompositis. Nondum orbis principia honestatis & decoris habebat; ista de moribus Philosophia perfectior erat & notior tempestate Virgilii, in quo nunquam falsa est, ut in Homero. Virgilius enim ne dissimulare quidem potest, quid sentiat de injustitia bellorum civilium, quamvis Augusto causae fuissent acquirendo & stabilien-  
do Imperio: nullo modo probat hanc pestem;

*HOMERI & VIRGILII. 175.*

pestem, & quamquam sub Monarchia, quasi animo adhuc in Republica versaretur, palam condemnat, sed longe delicatissime, blandiens etiam Augusto, omnis calamitatis auctori;

*Tuque prior, ta parce, genus qui  
ducis Olympo,  
Projice tela manu, sanguis meus.*

Adeo tenax est boni & aequi, adeoque contrarius adulationi, quae tamen sub majestate Imperii jam coeperat radices agere.

Transimus ad Sententias; quartam Poëmatis partem, quibus adeo cum moribus bene convenit, ut ex iisdem & hae & isti nascantur principii. Constat enim sententias revera nihil esse aliud, nisi expressiones & imagines morum. Unde mirum non est, Homerum hic à Virgilio superari, qui tam probe cognitam habuerit & perspectam morum disciplinam. Quod seculo debet, quo scribebat, politiori longe atque elegantiori, quam fuit aetas illa, quae

quae Homerum produxit, studiofiorum bene dicendi, quam bene cogitandi: sunt enim ejus sententiae nunquam tam pulchrae, quam oratio est. Non ero longus in comparatione hujus illiusque; recensero tantum quasdam sententias Homericorum Heroum, unde de caeteris quoque iudicium fieri possit. Agamemnon in primo Iliados libro causam nullam addert, quapropter Chryseida nolit reddere, nisi quod ipsam amet, & multo plura faciat, quam Clytemnestram. Egregium vero maritum, qui puellam ignotam & peregrinam praeferat Reginae, uxori suae, foeminae non contemnendae.

Nestor, libro nono, Agamemnoni, consultanti super rebus per Achillis absentiam male gestis, respondet habere se consilium admirabile, & quo neque melius neque sapientius inventum sit unquam ab ullo homine post orbem conditum: inepte venditat prudentiam suam bonus senex; quem profecto oportebat modestiores esse id aetatis

aetatis atque sapientiae. Consilium ipsum non est adeo magni momenti; nihil enim aliud suadet, nisi placandum esse exulceratum Achillis animum blanditiis verborum & largis muneribus, inducendumque ut ad arma redire velit. Non est hoc tam inusitatae sapientiae: quivis, cui vel mediocriter pectus saperet, sufficere potuisset dando istiusmodi remedio.

Antilochus Nestoris filius, libro vigesimo tertio, prolixum colloquium habet cum equis suis, quos exhortatur, ut omnibus nervis cursui incumbant, quo praeventant equos Menelai & Diomedis, in ludis, quos dabit Achilles in funere Patrocli. Incitat eorum virtutem

*Verbis, quae timido quoque possent  
addere mentem,*

sed argumentis admodum puerilibus: Nestorem enim parrem dicit, nisi fortiter faciant, nullam de iis curam post-

hac habiturum, imo verò statim occidendos daturum: denique oratorem valde patheticum agit, ut moveat bruta.

Verum est Homerum excusari à Plutarcho in libro de Homero quod hoc loco Antilochum, alteroque item Hectora induxerit cum equis suis loquentes, idque respectu Metempsychosios, quam didicerat ex Pythagora: ego vero quemvis judicem capio, utrum, ex praescripto istius Philosophiae, bestiae evaserint minus bestiae, & magis capaces rationis.

Jupiter, libro quinto Iliados, Marti à Diomede vulnerato objectat invissimum esse eum sibi omnium Deorum, dignum videri hac calamitate, utpote qui matris Junonis consiliis nimium obsequeretur, cujus ingenium esset intolerabile atque intractabile. Mirificum vero Deorum Regem, qui ira de conjuge sua sentiat, qui que tam belle consoletur filium graviter saucium! Infiniti esset laboris omnia, quae hujus sunt notae, animadvertere.

Prac-

Praeterquam quod Virgilius ignorat istiusmodi naevos, semper serius est, semper magnificus, semper sublimis, & servantissimus characteris Heroici: nunquam ad ineptias descendit, neque splendorem ordinis sui negligit: quod non raro contra factum est ab Homero, qui, Majestatis suae immemor, nimia quadam familiaritate & popularitate in ludionem degenerat; veluti cum in octavo Odyssaeae libro mimos facit de Diis, ubi Martem & Venerem in reti à Vulcano captos exhibet tanquam in comoedia. Certamen Ulyssis cum Iro Lib. XVIII. Odyss. multum quoque habet ex ludicro & ridiculo, ut & character ille Therfitis, & vulnus Veneris in Iliade. Sed, ut demus Homero, quod meretur, statuamus omnia ista non tam ejus esse vitia, quam seculi, quo vivebat, quod non erat capax majoris elegantiae.

Sententiae expressiones sunt Morum; Elocutio, sive Dictionis, Sententiarum. Quinta haec pars est Dispositionis, ex mente Aristotelis, in qua

triumphat perfectissimusque habetut  
Homerus. Non potest negari, quin  
hic emineat supra cunctos, quotquot  
fuerunt, poëtas, neque verbis conci-  
pi, quanto reliqui omnes sint inferior-  
res. Admirabilis illa eloquentiae vir-  
tus Sophoclem, Tragicorum primum,  
Homeri admiratorem perpetuum red-  
didit, & imitatore exactissimum;  
unde à Criticis appellatus est *Φιλόμηρος*.  
Ipse porro Homerus à Platone Lib. X.  
de Republ. Princeps Poëtarum He-  
roicorum. Extollitur & laudatur plu-  
rimum à Pindaro Od. VII. Nemear:  
propter sublimitatem styli. A Longi-  
no *Περὶ Ὑψους* proponitur, ut exem-  
plar perfectissimum Majestatis in scri-  
bendo.

Verisimile est, hac arte imposuisse  
Homerum toti Antiquitati, eleganti-  
que & pulcritudine dictionis suae in-  
cantasse quasi atque effascinaſſe admi-  
rationem omnium, qui aliquid ſape-  
rent in his literis, atque adeo in ſe  
traxiſſe encomia omnium eruditorum.  
Ut enim poëſis pulcra non eſt & flori-  
da;

da, niſi quae expreſſione ſua & elocu-  
tione ſe commendat, quam fere velut  
primam pulcritudinis partem considera-  
mus: Homerus, qui ſupra omnes Po-  
ëtas opulencia, elegancia, & ſublimi-  
tate dicendi excelluit, inde apud  
bona ingenia, omnium ſeculorum ad-  
mirationem promeruiſſe videri poteſt.  
Hinc *Pindarus*, quem Horatius ſibi  
imitandum propoſuit, *novemque Ly-  
rici Homericis verſibus canere timue-  
runt*, ut Petronius Arbiter dicit. Hinc  
illud Paterculi Lib. I. cap. 5. de Ho-  
mero; *Fulgore carminum ſolus Poëta  
appellari meruit*: illudque alterum,  
*moliſſima dulcedine carminum memo-  
rabilis*.

Ab hac admirabili prerogativa tam  
pleno ore laudavit Homeri Poëmata  
Lycurgus in oratione contra Leocra-  
tem; hinc *Æſchylus*, apud Plutar-  
chum & Athenaeum, Tragoedias ſuas  
vocat micas epularum Homericarum;  
hinc Plato conſtanter aſſerit eum eſſe  
perfectiſſimum & diviniſſimum omnium  
Poëtarum: hinc *Ariſtides*, tertio O-



182 *RAPINI COMPARATIO*

rationum tomo, neminem unquam melius locutum fuisse: hinc Aristoteles in Poëtica, longe illum omnes alios post se reliquisse dicendi sublimitate: Socrates in quadam epistola Xenophontis; Xenophon ipse in Convivio; Democritus apud Dionem Chrysostomum; Aristophanes in Ranis; Hierocles in Fragmentis apud Stobaeum; Hermogenes in Ideis; Philostratus in Imaginibus Heroicis; Theocritus in Idyllio decimo sexto; Moschus in tertio; Plutarchus in libro de Homero; Dionysius Halicarnassensis in Constructione Nominum; Jamblichus in Vita Pythagorae; Origines libro contra Celsum septimo; Thucydides in Oratione funebri super Pericle; Maximus Tyrius in Dissertatione sexta decima; Lucianus in Elogio Demosthenis; Themistius in Oratione sexta decima; Theodoretus in libro secundo de Curandis Graecorum Affectionibus, plurimique alii uno ore idem affirmant.

Omnes autem isti magni viri, quos enu-

*HOMERI & VIRGILII.* 183

enumerabam modo, haec elogia in Homerum non congeserunt, nisi propter splendorem & pulcritudinem eloquentiae, quae profecto in eo satis laudari nequit. Ob hanc dotem, (facendum est) quam opulentissimam possidet, dignus est, qui praeferatur Virgilio: quamvis Virgilius fuerit sapientissimus, honestissimus, & judiciosissimus omnium, quotquot scripserunt unquam.

Videamus nihilominus, quid observari possit circa expressiones Homeri, quarum gloria & pompa tanto cum apparatu meruit applausum omnis antiquitatis.

Transitiones, quarum forma muneris, quod sustinent, ratione valde debet variari, ne taedium obrepat lectori, omnes inter se sunt similes per omne paene opus. In triginta fere versuum millibus vix ultra viginti aut triginta diversas earum species numerabis: idem illud vinculum, (ut sic dicam) idem ille connectendae orationis modus, cum se offerat ubique, non

potest non displicere tam frequenti repetitione. Hinc occasionem arripuit Martialis Lib. I. Ep. 46. & Lib. IX. Ep. 12. ridendi notum illud τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, & querendi de rigidis Musarum Romanarum legibus, quae seueriores essent multo quam Graecae.

Comparationes frigent, neque sunt faciles, & parum naturales in quibusdam locis, nunquam valde excellent, quamvis in tanto numero difficile foret non invenire quasdam, quae sint satis bonae. Nihil dicam de illa, quam rusticitas sua atque indecentia notissimam fecit, ubi asinus devorans in agro frumentum, quem multis jam fractis fustibus pueri ejicere non valent, confertur cum Ajace, hostilium armorum ictibus paene obruto in acie. Expendendum relinquo, quam commode haec talia locum habeant in Iliade, opere tam gravi tamque serio; & quantum momentum addant venustati Poëmatum, quocumque tandem colore considerentur. Sunt enim inter Grammaticorum filios, qui sibi crucem hic figunt,

gunt, ut eruant nescio quam urbanitatem. Non diffiteor reperiri apud hunc Poëtam comparationes admirabiles, sed raras, in quibus expoliendis infumit, quicquid habet gratiarum & venustatis in dicendo, quasque in operis sui ornamentum felicissimo successu transtulit Virgilius, novoque artificio atque elegantia suas fecit.

Descriptiones, quibus nihil magis in eloquentia puerile, nihil minus nervosum, nimis sunt frequentes, nimisque longae, habent quoque nescio quid affectationis. Talis est horti Alcinoi descriptio septimo Odysseae, & illa portus Ithacensis tertio decimo libro. Descriptio portus, itemque altera antri Nympharum (in quam existat Porphyrii commentarius) decem & octo constant versibus. Montis Aetnae descriptionem absolvit Maro Lib. I. & Lib. IV. tribus tantum, spretebellissima loquendi occasione. Negari non debet descriptionem portus Libyae decem esse versuum, eam vero Famae aliquanto longiorem. Priori

186 *RAPINI COMPARATIO*

autem ignosci facile potest, cujus usus erat ad reficiendum lectoris animum post horrorem tam foedae tempestatís: & haec ipsa omnium est longissima, quae in describendis locis in tota Æneide occurrunt: illa altera non censetur inter gemmas pulcherrimi operis, est enim alias parcus ubique & temperans, neque permittit sibi ineptias pueriles, quas Horatius Epist. ad Pisones ferre non poterat in argumento serio,

————— *Cum lacus & ara Dianae.*

*Aut properantis aquae per amoenos ambitus agros,*

*Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus.*

Putidum id videtur magno doctore, quando

*Inceptis gravibus plerumque, & magna professis*

*Pig-*

*HOMERI & VIRGILII.* 187

*Purpureus, late qui splendeat, unus & alter*

*Assuitur pannus. ———*

Nunquam istae affectatae veneres placere possunt: quocumque enim loco ponas, male illis convenit cum reliquo corpore, quia nimis eminent.

Constat quoque multo esse excellentiorem Virgilio in epithetis & adverbis Homerum. Hic floret, & regnat, neque quisquam opulentior in iis fuit, neque felicior. Nugas agunt, qui objectant illud *πόδας ὠκύς*, tanquam sine fine repetitum. Nullo suo merito id impingitur Homero: supra viginti diversas epithetorum numeravi species, quas ad unum Achillem refert, in Iliade. Pauper est Virgilius, si cum Homero componatur, horum ornamentorum, quae nascuntur ex opulentissimo linguae Graecae fondo, quo caret Latium. Posses tamen dicere de isto ornatu exteriori, quod nuper quidam de Magnatum uno, homine valde specioso; si adimas vestis & co-

& comae luxuriam, haud dissimilem fore caeteris mortalibus: etenim si de-  
mas Homero epithetorum & adverbiorum  
felicem pompam, similis erit reliquo  
poëtarum gregi: in illis exultat,  
illis praecipuam debet pulcritudinem.

Observari autem debet epitheta ista,  
quae tantum illi decoris conciliant,  
esse valde simplicia, valdeque vulgaria:  
appellat enim sine ulla circum-  
scriptione nivem *albam*, lac *dulce*, ignem  
*ardentem*: neque istis naeniis indulget,  
in quibus toti sunt recentes nostri  
scriptores, quorum palato nullum  
epithetum sapit, quod non simul  
contradictionem involvat ejus verbi,  
cum quo jungitur, scilicet ut plus ad-  
ferat splendoris orationi, & eluceat  
per hanc oppositionem, cujus deliciis  
capitur corruptus seculi gustus, cui nihil  
elegantius videtur & festivius,  
quam verba jungere, & in unum cen-  
sum redigere ex diametro inter se pu-  
gnantia. Primus Ovidius, in *Meta-*  
*morphoseon* & *Heroidum* libris, &  
cum eo Vellejus Paterculus, pravo i-  
sto

sto sapore imbuerunt seculum suum,  
tam amans simplicitatis. Imitatus est  
Seneca, & tota Declamatorum cohors,  
quorum fragmenta in hujus Contro-  
versis leguntur, sed sine illo Judicii  
acumine, quod elucet in Ovidio &  
Paterculo, qui certe temperare sibi  
sciebant in levibus istis (ut Satyricus  
loquitur) atque inanibus sonis. Au-  
ctore Petronio toti sunt in hoc genere  
Lucanus & Tacitus, artemque adeo  
sibi excuderunt effingendi vibrantes  
sententias, quae profecto nihil est al-  
liud ut plurimum, nisi lusus quidam  
verborum inter se contrariorum, quem  
nunc in oculis fertunt homines male li-  
terati. Temporis decursu, invadente  
omnium ingenia hac intemperie, ad  
eam normam efficta sunt Epigrammata  
Martialis, Panegyrici Plinii, Pacati,  
& Mamertini. Non tamen inde se-  
quitur hoc scribendi genus carere sua  
venustate, haud male comparatur foe-  
minis fucatis, quibus ornamentis opus  
est extrinsecus petitis & arte factis,  
quia ingenuis & naturalibus destituuntur.

Ne

190. *RAPINI COMPARATIO*

Neque etiam verum est, splendida ista epitheta, si recte collocentur, non conciliare admirabilem quandam gratiam orationi, quale est illud, quo utitur Dido Epistola ad Æneam,

*Exerces preciosa odia; ———*

in Heroisin Ovidii; (quas ego florem & medullam appellare soleo omnium operum, quae à sola ingenii felicitate ac foecunditate proficiuntur, & ad quorum gloriam nemo nostrorum Poëtarum adspirare unquam poterit) quale est illud Paterculi de Lucio Domitio, quem Lib. II. vocat *eminentissimae simplicitatis virum*; aliaque plurima apud utrumque occurrentia. Verum cum illustria sint haec verba, & multum habeant splendorem, nemo facile ita sibi temperabit, ut illi fecerunt. Solenne enim eorum vitium est, quibus de melioribus dictis aliquid in mundo, ut nimium dicant, dum successui indulgent, & consuetudinem ex eo formant; unde fit, ut displiceant tan-

*HOMERI & VIRGILII. 191*

tandem, quia pravo studio semper volunt placere. Quapropter consultius videtur, ut evitemus hunc errorem, & intra terminos maneamus sanae mentis, praecipue in oratione aequali & unica, ubi sublimitas & majestas requiruntur, evitare epitheta ista tam longe petita, & quendam mysteriorum horrorem prae se ferentia Communissima quaeque, & rerum, de quibus agitur, naturam commodissime exprimentia, semper optima habentur: talia vero sunt Homeri. Fateor, majore hic delectu & prudentia opus esse, quam ingenio: sed nunquam bene loquimur, nisi quando meditamur sapienter. Nunquam hoc nos fallat: *adeo* (ut ille Criticus Petronius Arbitr) *nihil commodius est, quam semper cum sapientia loqui.* Quod quidem tam ad ipsam orationem extenditur, quam ad Mores.

Ut certi aliquid statuatur de hoc incomparabili Poëtarum pari, necesse est justum observare discrimen inter hujus & illius characterem, plurimum enim

enim inter se differunt. Nam quam studiosus est loquendi Homerus, tam parcus est verborum & taciturnus Virgilius: ista nobis differentia certum signabit discrimen inter genium unius cujusque, & essentialem characterem notabit. Multi sese acres criticos venditant, & de Virgilio judicare audent quam subtilissime, qui tamen nunquam scire potuerunt, in quo consistat excellens illa virtus ingenii & judicii hujus Poëtae, qua omnes alios superavit. Ego quidem, qui nihil in eo aeque admiror, ac parsimoniam illam dicendi stupendam, qua nihil dicit, nisi quod dici debet, semper credidi ab hac parte esse considerandum. Premenda sunt propius ejus vestigia, si quis scire velit taciturnitatem istam in quibusdam locis multa dicere, atque prudentissimam esse; imo si quis sensum recte penetrare potest, non minus interdum admirabitur ea, quae reticuit, atque illa, quae dixit.

Neminem ego sane praeter Virgilium novi, cujus prudentia tam grandis fuerit,

rit, ut sibi moderari potuerit & temperare in ardore & emozione imaginationis incensae à genio omnium, quotquot unquam fuere, maxime poëtico maximeque afflato. Lucanum si conferas, insanum dicas; Statium vero furiosum. Ipse Ovidius nunquam eo pervenit, nisi jam senex, cum Fastos scriberet: nusquam moderatus est, nisi istic: in omnibus aliis juveniliter lascivit: larga ista exemplorum copia & comparationum in Tristibus, aliisque Elegiis nondum habet hanc perfectionem: Heroidum quoque Epistolae, quas appellare soleo Florem Elegantiae Romanae, destituuntur ista maturitate judicii, qua regnat Virgilius: quem hac in re non inepte compares Ducibus belli, qui in aciem inque conflictum omnem, quam domi exercent, mentis tranquillitatem apportant, quae in medio igne & pulvere & fumo, inter armorum strepitum, tubarumque & tympanorum clangorem, dirumque tumultus bellici horrorem, ad nullam rem attendunt, nisi quae à Prudentia

& Moderatione dicitur, nihilque a deo consulunt, praeter Rationem. Quod certe magnarum duntaxat virorum est, & consummatae sapientiae, qualis fuit illa Virgilii, qui in ipso furoris Poëtici ardore nihil dicit, quod dici non debeat, & plus semper cogitandum relinquit, quam dixit.

Non dissimili modo laudat Plinius celebrem illum pictorem Timantem, cujus elogium facit capite decimo libri trigesimi quinti: *Timanti*, inquit, *plurimum adfuit ingenii, in omnibus operibus ejus intelligitur plus semper, quam pingitur.* Quod ut melius intelligatur, ipse se explicat paulo inferius: *rarum in successu artis, ut ostendat etiam, quae occultat.* Talis erat admirabilis illa eloquentia, de qua Cicero loquitur ad amicum suum Atticum, Epist. Lib. XIII. *Sumpsit aliquid hoc loco de tua eloquentia, nam tacui.* In cauta ista prudentia, ut mihi quidem videtur, atque admirabili orationis parsimonia ostendit sese verus character Virgilii, leviter tran-

seun-

seuntis materias suas, ut viator festinans, neque diu in iis immorantis: generoso delectu recidit, quicquid luxurians est & superfluum, ut nihil prorsus retineat, quod non sit necessarium. In eo consistit magnorum operum excellentia, quae tum demum perfecta sunt, cum nihil habent, quod demi possit.

Ab eadem illa perfectione nascebatur exquisitus iste bonae mentis gustus, quo penitus imbuta erat sub Augusto Roma, quique habebatur, tamquam nota quaedam & character omnium elegantium ingeniorum, quae tum temporis scripserunt, quaeque nos observamus tamquam regulam Lesbiam puritatis in oratione, & sobrietatis in verbis, unicumque exemplar laudatae scriptionis.

Hujus rei insigne nobis exemplum reliquit ipse Augustus, cum Æneida, quam auctor ut imperfectam flammis destinaverat, Vario & Tuccae recensendam daret. Permittebat, ut, si quid demi posset absque operis detri-

N 2

men:

196 *RAPINI COMPARATIO*

mento, demerent: nihil autem omnino addi voluit, ne ipsos quidem truncos & dimidiatos versus suppleri. Eo palato erat felix ista aetas, ut multa recideret in oratione, sobria ubique esset & minime loquax. Lucretius, scriptor tam purus & tersus, nondum pervenerat ad hanc perfectionem. Catullus, qui primus inter Romanos elegantiam sermonis nitoremque excoluit, ignorabat insigne illud monitum, quod Horatius postea tam serio commendavit Pisonibus in Epist. ad eos:

—— Prudens versus reprehendet  
inertes;

————— Ambitiosa recidet  
Ornamenta. ————

Idem hoc ubique inculcat, ut & in Satyra in Lucilium,

—— Currat sententia: neu se  
Impediat verbis lassas onerantibus  
aures.

Imo:

*HOMERI & VIRGILII.* 197

Imo, inquit, ille ipse Lucilius:

*Si foret hoc nostrum fato delatus in  
aevum,*

*Detereret sibi multa; recideret o-  
mne, quod ultra*

*Perfectum traheretur. ————*

Hic erat genius istius temporis, quem hauserant homines à Bona Mente, quam amabant & colebant, quamque Virgilius ubique ducem secutus est, & tamquam characterem suum essentialem habuit.

Homeri autem character versatur in longa verbositate dicendi & narrandi. Ille unus ex omni antiquitate loquacissimus est; ipsi quoque Graeci, homines minime taciturni, reprehenderunt in Homero hanc intemperantiam verborum, ut insigne vitium in oratione, quam appellaverunt ἀπαραντολογία. Frequentissimus est non tantum in iisdem verbis, sed in iisdem quoque rebus, repetitione perpetua. Fluxu isto linguae impetuque imaginatio-

N 3

nis



198 *RAPINI COMPARATIO*

nis abreptus, longius ubique exspatiatur, quam debet; plenius omnia exprimit, quam necesse est; adeoque lectoris sui ingenio nihil relinquit, qui certe, ut solidam voluptatem capiat, tam debet esse occupatus cogitando, quam legendo.

Hanc ob causam nunquam exhaurit omnem suam materiam Virgilius, ut relinquat semper aliquid, quo ipsi penetrent lectores. Recentiores nostri auctores, qui fere cuncti cacozeliam amant & puerilitatem, omnesque ii, quibus minor est iudicii copia, quam imaginationis, non capiunt hanc artem: cum enim nullam habeant experientiam, sequuntur naturae suae ductum, cumque nimia orationis & verborum volubilitate res ipsas ultra terminum extendant, ideas ut plurimum nobis exhibent pro objectis veris, faciuntque imagines nimio plus elaboratas ex omni sua materia. Reprehendit hoc olim Apelles in pictoribus suae aetatis, ut in Oratore notavit Cicero:

*Pictor*

*HOMERI & VIRGILII.* 199

*Pictores eos errare dicebat, qui non sentirent, quid esset satis.*

Advertendum est nihilominus, hoc vitium spectare tantum ad expressiones & voces ipsas. Summae enim perfectionis habetur, formare imagines rerum quam fieri potest absolutissimas, & optimas semper in animo habere ideas.

Fateor nihil ad Homeri commendationem gloriosius dici posse, quam id quod dictum est ab Aristotele, sapientissimo & judiciosissimo omnium Criticorum Homerum tamquam exemplar Poëmatis Epici proponit in Poëtica sua, praeceptaque omnia format ex Iliade & Odyssæa. Cum vero Aristoteles suo aevo nihil vidisset, quod componi posset cum Odyssæa & Iliade, praeter duo mala Poëmata, Heracleïda & Theseïda, quorum meminit ibidem cap 9; mirum videri non debet, si priores elegerit, quibus artis suae regulas conderet, cum duo altera ista complecterentur potius vitam

N 4

Her.

200 *RAPINI COMPARATIO*

Herculis & Thesei, quam argumentum actionis Epicae.

Inde tanto cum stomacho invehitur Horatius in istiusmodi poëtas, quos Cyclicos appellat, propter ordinem disponendi operis prorsus naturalem & historicum, propterque materiarum multiplicationem contra simplicitatem & unitatem actionis, quae essentialis est Epopoeiae: qua de re examinandi nobis veniunt Homerus & Virgilius, ut nihil omittatur, quod ad exactam comparationem spectat.

Concedo Iliada & Odyssæam, quantum ad unitatem temporis, praeferri debere Æneidi: Actio enim Odyssæae, post discessum Ulyssis è regia Calypsus, usque ad agnitionem, non excedit quadraginta quinque dies; illa quoque Iliadis octo tantum, aut summum novem menses complectitur: Æneidis vero annum continet integrum, & quod excurrit.

Sunt etiam, qui contendant unitatem actionis in duobus Homeri Poëmatibus perfectiorem esse, quam in opere

*HOMERI & VIRGILII.* 201

opere Virgiliano; quia utrobique actio non tantum una est, sed etiam unius. Achilles enim solus omnia facit; solus quoque Ulysses, qui, ut Aristoteles notat, ipse se sine cujusquam auxilio tuetur & in solido locat, quod majoris esse majestatis videtur. Æneas nihil gerit, nisi adjutus à suis: unde colligit ille, qui Apologiam pro Dante Aligerio scripsit, (monente Paulo Benio Sermon. Acad. Lib. II.) Dantis poëma perfectius esse Æneide, eo quod unam, & unius tantum actionem contineat, ut Ilias & Odyssæa.

Responderi & regeri potest, unitatem personae sufficienter servari per unitatem characteris & dignitatis; Poëma Epicum debere ideam repraesentare magni Ducis, non errabundi alijus monstrorum domitoris, qui ut plurimum nihil est aliud, quam fabulosa Imaginationis machina: neque esse quicquam, quod plus dignitatis & nobilitatis conciliet Heroi, quam si eum Regem constituas & caput populi, ut idem notat Benius ibidem: res

N 5

enim

enim praeclaras atque illustres, quales sunt regiones & imperia armis subacta, urbium obsidiones & praelia, geri debere per exercitus prudentia & consilio unius viri ductos; quod sufficere potest ad unitatem actionis. Praeterea Verisimilitudo semper manca est in actionibus Heroum illorum vagabundorum & solitariorum, & qualis Hercules fuit, habetque semper nescio quid fabulosum.

Non sine causa addere quis possit, unitatem actionis, modo recte consideretur, in *Aeneide* perfectiorem esse, quam in *Iliade*; ubi post mortem Hectoris, quae debebat actionem finire, duo etiamnum restant libri; vigesimus tertius, ludos continens in funere Patrocli exhibitos, quorum nullus est usus ad actionem principalem; & vigesimus quartus, qui lamenta habet ac lacrymas Trojanorum, & redemptionem cadaveris occisi Hectoris: quae omnia sunt extra corpus operis, eo quod actio principalis etiam sine istis absoluta erat.

Re-

Reprehendi quoque possit, finire Poëma, cujus unicus scopus est decus & gloria Graecorum, per honores Hectori collatos, hostilium copiarum Duci; ubi in describenda funebri pompa integrum Poëta impendit librum. Minus bellum id merito videtur, & de tali opere intelligi potest locus Horatii in Epist. ad Pisones, qui à multis haud satis commode explicatur,

— — — *Amphora coepit  
Institui, currente rota cur urceus  
exit?*

Homerus longe optime incipit, ut honorifice celebret Graecos; nihil est in toto opere, quod non tendat ad eorum gloriam; desinit vero in honoribus Hectoris, cujus amissi iacturam tanta cum magnificentia lugeri facit & plorari. Nonne hoc est à scopo aberrare, & instituti sui oblivisci? nonne melius finitur *Aeneis* cum morte Turni, quae terminat actionem? Virgilius pedem ultra non movet: nove-  
rat

204 *RAPINI COMPARATIO*

rat enim peccaturum se fuisse, nisi istic constitisset.

Infinita adhuc observari possunt super reliquo corpore horum Poëmatum: inprimis vero super artificiosa illa ac delicata concipiendi & cogitandi venere, qua excellit Virgilius, multaque spatii ante Homerum est, cujus fere conceptus ignorant delicias. Quid enim ingeniose blandius vel cogitando fingi potest illa Anchisæ Apotheosi, in quinto Æneidos libro, qua tantopere demeretur Augustum populumque Romanum per enumerationem generis, cujus divinitatem tanto cum artificio asserit? ut nihil dicam de illustrissimis Romanorum familiis, quas allegorice designat in certaminibus ejusdem libri, cujus rei mysteria & applicationes exposuit Paulus Beniſ, Comment. in Virgilium.

Quid habet Homerus, quod componi possit cum loco isto ex libro sexto, qui mihi semper exquisitissimæ & delicatissimæ urbanitatis visus est, ubi Virgilius ingenii laudem Graecis relin-

*HOMERI & VIRGILII.* 205

linquit, ut Romanis adstruat auctoritatis & potentiae gloriam?

*Excudent alii spirantia mollius aera;  
Credo equidem, viros ducent de  
marmore vultus:*

*Orabunt causas melius, coelique meatus*

*Describent radio, & surgentia sidera dicent:*

*Tu regere imperio populos Romane memento,*

*(Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem,*

*Parcere subjectis, & debellare superbos.*

Quid dicam de illo è libro quarto,

*Littora littoribus contraria, —*

qui tam stupendo successu occasionem & causam suggerit bellorum à Romanis & Carthaginensibus gestorum? quid de imprecatione Didus, immensaque illa vindictæ cupiditate?

*Exo.*

*Excoriare aliquis nostris ex ossibus  
ultor, &c.*

Ubi sub nube & obscuritate temporis venturi designatur magnus Annibal, omnium, quos Roma unquam habuit hostium ferocissimus, & quicum per tot annorum spatia luctata est de Imperio orbis terrarum. Mors Marcelli, in sexto libro, ejusdem est commatis, imo habet aliquid limatius & exquisitius, ut patuit ex dolore, quem profitebatur Augustus, & clarius multo ex Octavia Marcelli matre, quam defecisse constat, aegreque refocillatam, postquam Virgilium coram Caesare recitantem audivisset.

Nihil dicam de illo Didonis questu, in quarto, qui toties lacrymas elicuit Beato Augustino, ut in Confessionum libris faretur ipse Lib. I. cap. 13. Tamen nunquam ita ab Homero moverur, quem nullo alio elogio decoravit, quam *dulcissime vani* ibid. cap. 14. Profecto multo solidior est Virgilius,

gilius, expressiones facit multo magis vivas, nunquam ita loquax est; imo ubi amores describit & amantium affectus, quod paene nusquam fit, quin sapiat aliquam vanitatem, nihil habet vanum, nihil affectatum. Omnia hic sana, verba ipsa res sunt, quae causa est, cur plus excitet & moveat lectorem.

Mille alios locos pulcerrimos sciens praetereo, qualis est ille in secundo Aeneidos,

*Iliaci cineres, & flamma extrema  
meorum,*

qui solus Aeneam ab omni omnino ignaviae suspicione tueri potest. Omitto miserabilem illam Elisae mortem, quae ab hoc versu incipit,

*At trepida, & coeptis immanibus  
effera Dido.*

Epitomen historiae Romanae in clypeo caelatam in octavo; fata Imperii  
Roma

208 *RAPINI COMPARATIO*

Romani ab Jove explicata in primo, victorias Augusti, cui dedicatum est opus, in sexto, ubi admirabile Imperatoris elogium,

*Hic vir hic est, &c.* ———

Omitto omnem illam inusitatam & stupendam artem, qua se tam ingeniose lectorum animis insinuat, iisque motus suos & affectus inspirat; & genii sui vim per omnia extendit; quae sane totidem Artis miracula censerentur debent, neque à mediocribus ingeniis capi possunt. Nam majoris est acuminis & iudicii illa in magno opere videre, quae bona sunt & excellentia, quam quae minus perfecta & vitiosa: quia manifestius oculos percellunt naevi, quam virtutes, quae levi negotio fallunt plebejas mentes, neque percipiuntur, nisi ab erectioribus.

Cum autem supra omnia emineat in Virgilio pulcherrima illa descriptio amoris *Aeneae* & *Didus*, facere non possum, quin attentius eam & circum  
spe-

*HOMERI & VIRGILII.* 209

spectius examinem. Assererem autem, nunquam ipsam Eloquentiam usurpasse, quicquid habet artificii & ornatus, vel majore ingenio vel successu felicior. Omnes gradus violentissimi affectus, omnes motus nascentis hujus Cupidinis, & grandis illa sequioris sexus fragilitas, ea explicantur ratione, quae stuporem incuriat sagacissimo cuique: quanto autem quisque sagacior, tanto aptior est qui perspicat excellentiam hujus loci, omnesque ejus partes admiretur. Nihil non expositum, delicatum, & tenerum in tota historia; neque nasci puto quicquam posse magis absolutum omnibus numeris.

Habet forte *Torquatus Tassus* quaedam argutiora & comtiora, quaeque oculos ritu fulguris citius feriant, qualis est historia *Tancredi* & *Clorindae*: eam vero si ab omni parte recte consideres, videbis non omnes proportionnes cum actione principali tam religiose esse servatas, ut in *Elisa Maroniana*.

Q

Acti

Acriter nihilominus objicitur Virgilio, quod corruperit ac deteriorem fecerit characterem Didus naturalem, cui tam immensum adscribat amorem: constat enim ex historiarum monumentis foeminam fuisse pudicissimam. Id vero ipsum artificiosissime & ingeniosissime excogitatum est à Virgilio; qui, ut deprimeret gentem invisissimam nomini Romano atque odiosissimam, non dubitavit deprimere virtutem Reginae conditricis, crediditque honeste eam immolari posse gloriae patriae suae, non aequo animo laturae, si debitas ejus laudes ex historica veritate celebrasset. Uti autem hoc artificium solis placere Romanis debebat, quos Poëta quamvis ut rerum dominos agnosceret, & ad quorum judicium reliquae gentes sua submittere, vel certe formare necesse haberent; tamen cautissime & circumspectissime agit in obscuranda hac veritate. Machinam adhibet admodum perite, quo melius res succedat; Cupidinem immiscet & Venerem. Eos quoque nullo non dolo

dolo uti facit, ut eludat id, quod adstruebat annalium fides. Unde Juno queritur, & increpat Venerem, quo facilius agnoscas incubuisse duos Deos inducendae & fallendae Didoni;

*Egregiam vero laudem, & spolia  
ampla refertis  
Tuque puerque tuus, magnum &  
memorable nomen,  
Una dolo Divam si foemina victa  
duorum est.*

Character Sinonius in secundo *Aeneidos*, & Mezentii in octavo & decimo, non minus sunt perfecti. Verum est, habere Homerum multo plures, & multo magis varios ac diversos: illi autem, quos tangere libuit Virgilio, multo sunt convenientiores & signatiores.

Constat nihilominus, Homeri inventiones esse foecundiores, & opulentiores, & erectioris naturae; versus pulciores, genus dicendi splendidius, sonum quoque verborum rotundio-

212. *RAPINI COMPARATIO*

rem, & magis canorum, quique sit aptior poësi, & plus impleat aures, quod in Demosthene desiderabat Cicerone in Bruto: qui, usque eo, inquit, *difficiles ac morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes; non semper implet aures meas, ita sunt avidae & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desiderant.* In iis omnibus superat Virgilium Homerus, auresque nostras delicatius afficit mensuris suis ac numeris, totaque adeo versuum compositione: haec enim formo Graecus prae Latina lingua praecipua habet, quae gravior est & magis seria. Constat quoque Homerum habere majorem rerum copiam, longiusque deducere lectorem suum: sed abripitur semper ab ingenii sui aestu, neque ita sibi temperare potuit ac Virgilius. Quae causa est, cur non sine insignis erroris nota duos attexuerit Iliadi libros post solutionem actionis, unum de morte Hectoris, alterum de ludis in funere Patrocli; unumque item librum Odyssaeae, qui agnitionem habet

*HOMERI & VIRGILII.* 213

habet Ulyssis & Penelopes: ut enim omne Poëma, tam Epicum quam Dramaticum, finiri debet in solutione Actionis; ita post illam solutionem, quae rem omnem terminat, nihil addi potest, quod non sit extra oleas.

Paucos in Homero locos invenio, quos Virgilianis opponere possis. Illum è sexto Iliados amo & suspicio, ubi Andromache, laudatissima foemina, valedicit marito Hectori, ultimum cum Achille decertaturo. Nihil mente concipi potest tam tenerum, ac ille supremus digressus, in quo Heroïna ista, funesti aliquid praesentens, praeter morem suum in lacrymas solvitur: nihil enim habebat muliebri: dicitque delicatissime Poëta, *incepisse ipsam cum comitum suarum grege deplorare mortem Hectoris, etiamnum viventis:*

Ἐτι ζῶντων γούων Ἑκτορα.

Verum est, quoniam non nisi mortuos deflemus, illa vero hominem vivum  
O 3 & spi



214 *RAPINI COMPARATIO*

& spirantem, nihil exprimi posse tam tenerum, tamque feliciter excogitatum. Talia apud Homerum rara sunt. Quamvis enim ejus expressiones constant & sustineantur per se, neque unquam habeantur neglectim; res ipsae, quas dicit, in longum trahuntur, & languent. Talis est enumeratio navium Graecarum in secundo Iliados; omnia eodem modo dicuntur, eodemque fere versu terminantur: *μέλαινοι νῆες ἔποντο*. Omnia in Iliade convivia eodem instruuntur apparatu, sine ulla varietate.

Recognitio ipsa Ulyssis & Penelope Lib. XXIII. Odyss., ubi omnium optime explicari potuissent & in usum vocari omnes Artis deliciae, stupida est & insulsa; admirationes frigidae & quaesitae; affectuum tenerorum parum, parum veri amoris. Penelope nimis diu resistit rationibus, quibus persuaderi debebat esse hunc hominem Ulysses maritum suum, qui & ipse causam suam deserit: diffidentiam uxoris, & cautelam nimis diu nutrit ipsa

*HOMERI & VIRGILII.* 215

ipsa vero, ne fallatur, nihil nisi per mensuram & numerum agit. Habent haec nescio quid frigoris & languoris, cum vividus exultansque ardor requireretur in loco tam idoneo. Nonne tacito mentis instinctu praeveniri debebat Penelope? non cordis atque animi testimonio credere, si oculis negabat? Perspicax enim est amor & penetrans: vocem habet tacitam, quae melius sese explicat, quam omnes sensus. Sed eam Homerus Philosophiam nondum intelligebat, quam tam subtiliter postea perfecerunt & docuerunt Itali. Virgilius, qui Didonem facit abituri Æneae consilia & dolos praesentire, antequam praescisceret, multo luculentius tam bella occasione esset usus.

Inficiari autem nemo debet Homerum in Sententiis & morum doctrina priorem esse Virgilio. Illud adeo verum est, ut pro mille testibus unus nobis Macrobius Lib. V. cap. 16. sufficere possit. *Homerus*, inquit, *omnem poësin suam ita sententiis farsit, ut*

216 *RAPINI COMPARATIO*

*singula ejus apophthegmata vicem proverbiorum in civium ore fungantur.*  
 Et nuper Anglus quidam ingens volumen edidit sententiarum ex Homero excerptarum, quas secundum capita Philosophiæ Ethicæ in locos communes (ut vocant) redegit.

Ego autem contendo cum Heinſio, istas reflectiones in Poët. Arist. (ut sic dicam) morales, & sententias ad Theatrum & genus Dramaticum potius spectare, quam ad Epos, cujus character essentialis est narratio, quæ debet esse unita & simplex sine affectatione figurarum, & reflexionum apparatu, quæ vires suas & colorem nativum adimunt orationi: quod tanta cum bile sui ævi Declamatoribus objicit ille boni saporis Criticus apud Petronium: *Inanibus sonis, inquit, ludibria quaedam excitando effecistis, ut corpus orationis enervaretur & caderet.*

Sane vis ista, quæ solet in exiguum verborum ambitum cogi, ut efficiat sententiam, reliquam orationem valde siccam valdeque jejunam relinquit, cum

*HOMERI & VIRGILII.* 217

cum adimat ipsi ingenuam suam simplicitatem, & affectato invitoque ornatu conspicua esse velit. Hanc ob causam perfectior Historicus habetur Titus Livius, quam Tacitus, minus enim digressionibus & sententiis indulget, quæ theatro magis sunt idoneæ, quam historicæ narrationi. Idem sensit olim Cicero ad Heren. Lib. IV.: qui, *sententias, inquit, interponi raro convenit, ut rei actores, non vivendi præceptores esse videamur.* Sunt igitur Sententiæ & reflexiones morales ex illo ornamentorum genere, quæ Poëmati Epico parum conveniunt, quia non conveniunt narrationi, Poëmatis Epici characteri principali & essentiali. Potest nihilominus Poëta immiscere quandoque sententias, cum Actores suos loquentes inducit: ubi vero ipse loquitur, nunquam, aut certe rarissime, idque sine omni affectationis suspitione.

Hac in parte secure Titum Livium imitari quis possit, raras in corpore Historiæ sententias intextentem, eas

que iis reservantem, quos loquentes introducit. Sic quoque Poëtae sententiae quasi excidere debent, non affectari & anxie requiri, multo minus per totum opus disseminari, quod factum est ab Homero: cujus si famam inde aestimemus, erramus largiter, quia affectatio illa procul dubio vitiosa est, ideoque merito à Virgilio evitata: sciebat enim nihil tam contrarium esse simplicitati, quam profitebatur, ac verba illa, imo illas ipsas cogitationes eminentes, quae videntur divelli à reliqua oratione, & quasi extra opus esse, quia nullam bonam proportionem habent, neque usum ullum, nisi ut minus pura & limata reddant caetera rerum *tumore & sententiarum vanissimo strepitu*, ut inquit Petronius.

Conferant haec ii, qui scriptores haberi volunt, cum insigni praecepto bonaeque mentis plenissimo, quod reliquit nobis subtilissimus & sagacissimus totius antiquitatis Criticus Petronius, sed parum recte à multis intellectum: *Curandum ne sententiae emi-*  
*neant*

*neant extra corpus orationis expressae sed in texto vestibus colore niteant.* Videor evicisse, damnari hoc loco Cogitationes, quas expressio nimis valida, nimisque picta & splendida, quasi peregrinas reddit reliquo orationis corpori: neque admittere Petronium quicquam quod sit affectatum aut quaesitum, sed splendorem duntaxat adeo naturalem, ut est color in vestibus. Ex hoc genere erant, ut pergit noster, verba illa simplicia & nativa, quae à bona mente didicerant Sophocles & Euripides, & quibus loquebantur, antequam juvenus in scholis declamare disceret, & his finibus omne exercitium ingenii circumscriberet. *Nondum*, inquit, *juvenes declamationibus continebantur, nondum umbratilis doctor ingenia deleverat; quam Sophocles & Euripides invenerunt verba, quibus deberent loqui.* Ut verbo absolvam, omnia haec ornamenta verborum & conceptuum tam splendida, tam quaesita, tam frequentia, adiungunt orationi pulcritudinem naturalem,

lem, & germanam dignitatem, videatur Cicero ad Heren. Lib. IV. *Gravitas, inquit, minuitur exornationibus frequenter collocatis, quod est in his lepos & festivitas, non dignitas neque pulchritudo.* Et hoc est principium naturale in omnibus rebus praeclaris ac grandibus, quarum majestas, juncta cum simplicitate decenti, facit omnem excellentiam & dignitatem: ut videre est in pictura atque architectura, ubi grandes animi conceptus multo minus se sustinent exornationum copia, quam ista unita simplicitate, sed decenti, & regulari, unde omnis dignitas est & majestas.

Inventio cum sit una ex partibus maxime essentialibus, quae constituunt poëtam, causa quoque est, cur ab hac laude Virgilio merito anteponi debeat Homerus. Illum enim ut archetypum secutus est Virgilius. Tamen observandum est, cum Aristoteles meminerit in Poëtica cap. 23. Parvae Iliadis, quam Suidas Antimacho cui-dam adscribit, quae fuerit epitome magnae,

magnae, & ex qua suum formare potuerit Homerus; inde conjici posse haud absurde, Homero totam atque integram inventionis gloriam tribui non debere.

Fertur quoque apud Athenaeum Lib. III. Hegefanax quidam versibus comprehendisse res in obsidione Trojana gestas. Facit & Cicero mentionem cujusdam Callisthenis, qui tractaverit idem argumentum. Verum est hunc vixisse tempore Alexandri, id est aliquot post Homerum seculis: sed verisimile quoque, habuisse diversos ab Homericis commentarios, è quibus sua hauserit, cum eandem expeditionem diverso descripserit modo.

Narrat Suidas Corinum quendam, discipulum Palamedis, composuisse versibus Iliada eo, quo Troja capta est, tempore: aliumque poëtam Syagrium, coaetaneum Homero, in eadem materia versatum: haec autem omnia superflua fuisse industria Homeri, qui non ita coecus fuit, ut creditur, cum hoc modo sciverit, se solum venditare Poë-

sterit

feritati, tanquam primum auctorem Iliados. Quoniam autem ad horum priorum exemplar sua formavit Homerus, ut Virgilius postea Homerum pro exemplari habuit; optandum foret posse nos aliqua ratione cognoscere, uter utrum felicius expresserit, suosne duces Homerus, an Homerum Virgilius.

Incredibile quantum decedet auctoritati Homericæ, si verum sit quod Ælianus narrat libro tertio decimo Variæ Historiæ cap. 14., nimirum obtinuisse opinionem inter eruditos sui ævi, Odyssæam & Iliada non esse compositas nisi per partes; easque ita sine ordine certoque consilio scriptas; nominatas esse ab argumento, quod tractabant; uti *Strenuitatem Agamemnonis*, *Patrocleam*, *Pugnam ad naves*, *Navium catalogum*, *Redemptionis mercedem*, *Certamina in honorem Patrocli*, atque ita in caeteris: Lycurgum Lacedæmonium primum universam Homeri Poësim simul, id est omnes has partes dispersas & diversas, Athenas secum

secum ex Ionia asportasse; eas deinde Pisistratum collectas in ordinem redigisse, atque inde Iliada & Odyssæam confecisse, quas habemus hodie; inde hæcisse, ut ferunt, *Rhapsodiae* nomen, quod utrique poëmati datum est postea.

Ego vero nullo modo adduci possum, ut hæc credam: quid enim esset aliud, quam furari Homero omnem suam gloriam, si quis ei ereptum ire velit oeconomiam, & dispositionem, & consilium utriusque operis? Ignavia hæc esset in homine tanto, de qua mihi ne suspicari quidem liber, praesertim cum Aristoteles fidem fecerit, omnium postea seculorum consensu stabilitam, Homerum esse verum auctorem horum Poëmatum; quamvis Josephus in primo contra Appionem libro idem Æliano sensisse videatur; & Plutarchus in vita Lycurgi, & Cicero in tertio libro de Oratore, locum dent huic suspicioni. Hæc autem opinio tam idonea foret ad destruendum omnem Homeri honorem, ut satius sit dicere

224 *RAPINI COMPARATIO*

dicere : Ælium fuisse fabulatorem. Quantum ad tres reliquos , qui Æliani sententiam fovere videntur , cum ii non tam fortiter haec affirmant ; sequendam puto opinionem communem , & tuendam Homeri existimationem , quae sane nimis est nota , quam ut super hoc puncto in controversiam vocari debeat.

Optandum foret , ut plenissime nobis satisfaceremus in justa comparatione duorum maximorum Hominum , institui parallelum aliquod exordiorum Iliados & Odyssæae cum exordio Æneidis , quae quasi prima sunt specimina illustrissimorum Poëmatum. Quamvis enim , ut Cicero in Oratore docet , magnorum operum *principia verecunda* esse conveniat , *non elatis intensa verbis* ; & Horatius Epist. ad Pisones , acerbissime invehat in eum , qui tanto hiatu inchoabat :

*Fortunam Priami cantabo , & nobile bellum ;*

*HOMERI & VIRGILII.* 229

explicare libuerit haec verba , affectationem semper aliquam reperiemus ; nimis festinant sententiae morales in limine operis , quod per se non est morale , & id quidem in quarto versu. Nondum vacat lectori attendere ad has reflexiones : instrui antea debet de subjecto , praeveniri atque aliquantum incallescere.

Nunc Odyssæae videamus initium , & examinemus si rationi aliquanto plus sit consentaneum :

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μῆσα, πολύτροπον,  
ὃς μάλα πολλά

Πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον  
ἔπερσε·

Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄεσα, καὶ νόον  
ἔγνω.

Πολλὰ δ' ὄγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὄν  
κατὰ θυμόν,

Ἀρνύμενος ἦν τε ψυχὴν καὶ νόσον ἐταίρων.  
Ἄλλ' εἰδ' ὡς ἐταίροις ἐρρύσατο ἰέμενός περ.

Αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντα.

*Virum consiliis abundantem dic mihi, Musa, qui valde multum Vagatus est, ex quo Trojae sacram urbem evertit:*

*Multorum autem hominum vidit urbes, & mores cognovit:*

*Multos vero ille in mari passus est angores suo in animo,*

*Redimere studens suamque animam & reditum sociorum.*

*Sed ne sic quidem servavit socios, quamvis cuperet:*

*Suis enim ipsorum flagitiis perierunt.*

Ecce Heroem admirabilem, quem character suus callidum, astutum, & versipellem facit: quamvis interpretes emolliant nonnihil illud πολύτροπον ἄνδρα, ut excusent Homerum. Ego vero non video, quomodo emolliri possit; cum in toto contextu operis nulla alia virtute insignis sit Ulysses, praeterquam calliditate & versutia, eaque non semper sine fraudibus & mendaciis;

ciis, quod parum est Heroicum; & Minerva ipsa, quamvis Ulysses impensissime foveat, non possit sibi temperare, quin id nonnunquam objiciat ei atque exprobet.

Si quis contendat hanc calliditatem nihil esse aliud, nisi dexteritatem vividi ingenii; cur non etiam ad sociorum suorum salutem ea est usus? cur ad suam duntaxat conservationem omnes animi nervos intendit? Sed *perierunt illi suis ipsorum flagitiis*. Heros noster tam sapiens, tam consummatae prudentiae, nonne debebat incumbere, ut tantam à suis calamitatem averteret? Causa ipsa, cur perierint, ridicula est & fabulosa:

— Οἱ κατὰ βῆς ὑπερίονος ἡελίοιο  
 Ἡσθιον· αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νοστήριον  
 ἡμᾶρ.

— *Qui boves Hyperionidae Solis Comederunt: ast ille his abstulit reditus diem.*

232 *RAPINI COMPARATIO*

Longe quaesita est pereundi causa; & aut Heroi aut Poëtae non libuit servare miseros socios. Quod si Ulyssis providentia minor fuerit, quam ut consulere potuerit incolunitati suorum: nonne hoc dissimulanter transire debuit Poëta? qua tandem ratione cogitur ab hoc articulo inchoare, tantamque Herois sui imbecillitatem in fronte Poëmatis & in loco omnium illusterrimo omnibus palam facere, Musamque suam precari, *ut dicat insignem illum Heroa, qui sibi soli reditum procuraverit, reliquos autem commilitones omnes perire siverit?* Potestne quicquam excogitari tam parum Heroicum, tam ignavum, tamque plebejum? ex hujus naevi animadvertione insignem suo Heroi virtutem excudit Torquatus Tassus in propositione Poëmatis, de quo dicit,

*E sotto à i santi  
Segni ridusse i suoi compagni erranti.  
Et sub sanctis signis reduxit errantes  
suos commilitiones.*

Simi

*HOMERI & VIRGILII. 225*

Curam nihilominus gerimus bene ornateque ordiendi. Videamus initium Iliadis:

Μῆνιν ἄειδε , Θεὰ , Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος

Ουλομένην , ἣ μὲν Ἀχαιοῖς ἄλγε ἔθηκε·  
Πολλὰς δ' ἰφθίμης Ψυχὰς αἶδι προΐαψεν  
Ἡρώων.

*Iram cane , Dea , Pelidae Achil-*  
*lis*

*Pestiferam, quae plurimos Achivis*  
*dolores inflixit:*

*Multas fortissimas animas orco de-*  
*misit*

*Heroum.*

Videtur sibi placuisse Poëta, dum iram istam exaggerat per causas suas perque effectus: nimis longe progreditur, nimisque valida utitur expressione atque animosa, ne dicam hyperbolica, quam ut convenire exordio possit:



— Ἄντ' ἐλώρα τεύχε κύνεσσιν  
 Οἰωνοῖσι τε πᾶσι. — — — —

*Ipsos autem praedam dilaniandam  
 fecit canibus  
 Alitibusque omnibus.*

*Laniam Heroum immanem explicat Didymus, unus è melioribus Homeri interpretibus. Non cogitat esse hunc Heroa suum, de quo loquitur, cujusque immoderatos animi affectus ut in majus extollat, voces quaerit praeter morem grandes, quibus ob oculos ponat calamitates & strages, quas intulit Achivis. In propositione, quae simplex esse debet, poterat non ita particulatim rem omnem complecti: nihil attinebat reperere singula; satis enim multa dixerat, ubi iram istam perniciosam Achivis dixerat. Affectationis aliquid habet, toties in eadem oberrare: & delectatur quoque amplificatione eorum, quae tacere debebat, vel certe imminuere. Longius etiam*

etiam exspatiatur in isto ἀντ' ἐλώρα τεύχε, &c. Quin imo imponit lectori exaggeratione sua familiari. In magno enim isto Heroum numero, quos Achillem irae suae immolasse refert, excepto Patroclo non temere Heroem ullum invenias. Dubito, num quicumque eorum, qui perierunt, bono jure Herois titulo insigniri potuerit. Praeterea nunquam ad hanc enumerationem descendi debet in propositione, ubi & invocatio est immixta. Id vero quod addit Poeta, prorsus est vitiosum, & contrario sensu intricat orationem;

— Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

*Jovis autem perficiebatur voluntas.*

Oblitus videtur habere se sermonem cum Musa sua, quae Dea est, quae novit omnia, quae nihil debet oblivisci eorum, quae novit. Monet illam fuisse voluntatem Jovis, ut haec omnia fierent. Atqui Musae erat, instruere

Homerum de occulta Deorum voluntate, deque ordine fatorum; non autem Homeri, ea docere Musam, Mnemosynes & Jovis filiam, id est Intellectus & Memoriae. Multo absurdus est adungere haec verba ad amplificationem ruinae & calamitatum Graeciae, quarum causa fuit ira Achillis, cum ea ipsa ira ad vindicias sui Deos quoque ad partes traxerit, Deorumque voluntas fuerit & consilium, ut ob hanc iram periret, quantum erat in exercitu strenuorum virorum. Et profecto nihil habet, quo ulterius provehat atque extendat horribiles hujus irae effectus, qui excidii atque interuentionis Grajorum auctorem faciat Jovem, stragemque eam irreparabilem dicat fuisse voluntatem Jovis, benigni alioquin & benefici. Unde apud Romanos *Jupiter* est quasi *juvans pater*.

Haud facile quis dixerit, ubi finitur invocatio: duos sequentes, versus involvit, &, si bene attendas, confunditur cum narratione. Praeterea, ut verum fateamur, quomocumque  
expli

Et profecto ita se res habet, perfectiora fere sunt minora opera, quam grandia, quia ad haec limanda & perpolianda temporis plus superest atque otii.

Verum ne taedium pariam lectori nimis particulariter omnia discutiendo, (quam in rem consulere oporteret celeberrimorum & diligentissimorum interpretum Servii atque Eustathii commentarios) videor mihi dicere posse, non decidere, quod ubique profiteor, ita non inconcinne rem omnem, quam in hisce Observationibus propono, didi: Homerum plus habere ingenii, Virgilium plus judicii & delectus; me autem, si malletm Homerus fuisse, quam Virgilius, malle quoque multo ardentius, *Aeneida* scripsisse, quam *Iliada* & *Odyseam*: quam in rem sponsorem capere possem Propertium Lib. II. Eleg. 23. cujus incorruptissimum suffragium luculentissime mecum facit. Quamvis enim Homeri auctoritas multo esset major, quam Virgilio, & tot annorum decursu jam  
firma

238 *RAPINI COMPARATIO*

firma atque inconcussa; quamvis, qui ingenio velit cedere sit nemo, quae vera est philautia, & amore quovis violentior zelotypia; tamen non potest Poëta doctissimus, quin coronam detrahat capiti suo, impositurus eam Virgilio, quo testatum faciat, omnes illi debere assurgere, ipsum etiam Homerum:

*Cedite Romani scriptores; cedite Graeci:  
Nescio quid majus nascitur Iliade.*

**F I N I S.**

**I L L U S T R I S**  
**BLONDELLI**  
**C O M P A R A T I O**  
**P I N D A R I**  
**E T**  
**H O R A T I I**

**SCRIPTA AD SENATUS PARISIENSIS  
PRAESIDEM.**

\* \* \* \* \*

Simplicius est Æneidos initium magisque naturale; propositio ipsa nihil habet implexum aut intricatum. Videamus:

*Arma virumque cano, Trojæ qui  
primus ab oris  
Italiam fato profugus, Lavinæque  
venit  
Litora. Multum ille & terris jactatus  
& alto  
Vi Superum, sævæ memorem Junonis  
ob iram.*

Oportet esse hominem magnæ virtutis, atque existimationis, qui inimicam habeat Deorum Reginam, pergit:

*Multa quoque & bello passus, dum  
conderet urbem,  
Inferretque Deos Latio, genus unde  
de Latinum,  
Albanique patres, atque altae moenia  
Romæ.*

Ex hoc comparationis specimine, quod  
P 5 dedi

dedi, potest sibi quivis comparare inter se quae restant.

Eruditis decidendum relinquo quid statuendum sit de admirabili hoc Poëtarum pari, si modo ad examen revocare velint veritatem & aequitatem harum observationum, & expendere Grammaticorum (quos Criticorum plebem non inepte quis dixerit) iudicia; qui, cum magnificentiam elocutionis Homericae, versuumque pompam, ad quam Virgilius accedere non potuit, admirarentur unice, & ad hanc lucem caligarent, neque possent intimas horum operum virtutes perspicere, omnes paene, quotquot fuere, ab Homeri partibus steterunt. Judicaverunt autem omnes ut captus est Grammaticorum, neque ad animum revocarunt ea, quae jam dixi.

Ipsè Plutarchus, in libro de Homero, valde prolixus est in laudanda vasta ejus eruditione, atque universali omnium scientiarum cognitione: satisque adeo copiose demonstrat, quam grandi fuerit genio, in idea, quam exhi-

exhibet characteris Homericì, praeteriens tamen id, quod est Poëmati essenziale. Omnes itaque eruditi, quos dictio Homeri & exteriora illa morantur, non sunt idonei iudices. Ut recte atque ordine aliquid statuatur de praeclaris hisce operibus, penetrare atque perspicere oportet virtutes essentielles; dimeriri (ut sic loquar) omnes proportionès; examinare, utrum pulcra quaeque suo sint loco posita; utrum moderamen illud inter admirabilia & verisimilia cum iudicio adhibitum; processeritne audacia, quam Poësis admittit, nimis longe, tumidave sit atque ampullata; utrum decorum in moribus & sententiis exacte & religiose sit observatum; utrum expressiones affectus suos tenerasque animi passiones inspirent lectori; utrum omnia ordinem suum tueantur, possintque characterem suum sustinere; utrum bona mens ubique eluceat, habeantque sese res omnes eo, quo par est, modo: nam, ut prudentissime monet Quintilianus, *nihil potest placere,*

*cere, quod non decet.* Denique arbitrandum est de illustrissimis Poëmatibus, tamquam de magnifico & regali aliquo palatio, cujus prima ac praecipua pulcritudo habetur, totius operis proportio ad partes singulas, singulorumque inter se partium convenientia: haec sunt, quae considerantur à peritis, non ornatus exterior, qui solos delectat ignorantes.

Extat inter veterum Poëtarum Cataloga fragmentum Epigrammatis Auctoris incerti, quod praelucere nobis poterit ad pronuntiandum de Homeri & Virgilii Poëmatibus judicium, loquitur autem ipse Virgilius:

*Moeonium quisquis Romanus nescit  
Homerum;*

*Me legat, & lectum credat utrumque  
sibi.*

*Illius immensos miratur Graecia  
campos:*

*At minor est nobis, sed bene cultus  
ager.*

Et

ILLUSTRIS  
BLONDELLI  
COMPARATIO  
PINDARI  
ET  
HORATII

*E Gallico Latine reddita.*

**M**E, qui duorum Poëtarum Lyricorum in omni antiquitate principum, Pindari videlicet & Horatii, merita digne aestimem, neque ingenii neque judicii satis habere probe novi, quoniam eum, ut ita dicam, aequè intelligentem rei poëticae esse oportet, atque illi ipsi fuere, qui digne de eorum operibus sit judicaturus: Oportet nihil

Q

242. *BLONDELLI COMPAR.*

hilominus me obsequio ita prompto parere iussis tuis, quibus me ad hoc opus accingi voluisti, ut mihi persuadeam, ne momento quidem me debere celare te quidquid jugi opera in horum Poëtarum aliorumque quorundam scriptorum veterum monumentis posita, de hoc argumento edoctus sum.

Pindarus plus quadringentis quinquaginta annis ante Horatium vixit, fuitque tibicinis filius. Ælianus refert, apes fuisse Pindari nutrices expositi extra domum paternam, eique mel pro lacte prae buisse. Fateor me nihil de hac expositione, nisi in Æliano vidisse. Tum quotquot de hoc casu apum loquuntur, longe aliter referunt. Philostratus narrat Pindaro in cunis jacenti hoc prodigium evenisse. Pausanias vero, eum juvenem fervente calore solis Thebis Thespias euntem ipso meridie somno correptum fuisse, eique juxta viam decumbenti apes in labiis mellificasse. Id quod fuit, inquit ille, primum indicium ingenii poëtici

iii

*PINDARI & HORATII.* 243  
in Pindaro futuri. Hoc namque prodigium, quod postea similiter Platoni & Divo Ambrosio evenisse dicitur, semper fuit habitum velut omen singularis cujusdam in oratione dulcedinis. In Anthologia extat Antipatri Epigramma fere in eandem sententiam:

Οὐδὲ μάτην ἀπαλὸς ἕσθός περὶ χεῖλος  
σιν ἐσμὸς  
Ἐπλασέ κηρόδετον Πίνδαρος σεῖο μέλι.

Nascendi fors haut multo celsior obtigit Horatio, quam Pindaro, fuit enim salsamentarii filius. Objectum quoque fuit, ne libertum quidem omnino fuisse,

*Quem rodunt omnes Libertino patre  
natum.*

Ea de causa, quod pater ipse, quem *libertinum* appellat, filius alicujus liberti erat, aut quod ipse liberrus fuit: Vox enim *libertinus* utrumque significare potest in lingua Latina.

Q 2

De

244 *BLONDELLI COMPAR.*

De se ipse denique in divina illa ode, *Descende coelo*, &c. quam & maximam partem ex Pindaro imitatus est, narrat aliquid, haud absimile ei, quod de Pindaricis apibus memoravimus: dicit enim,

*Me fabulosae Vulture in Appulo*

*(Altricis extra limen Apuliae)*

*Ludo fatigatumque somno*

*Fronde nova puerum palumbes*

*Texere: Mirum quod foret omnibus.*

verum est fabula ad imitationem ejus ab ipso ficta, quod evenisset Pindaro, quod ipsum quoque forte nil nisi merum figmentum est. Haec sunt, quae de Natalibus illorum novi.

Ad Patriam autem quod adinet; Pindari patria erat Thebae, caput Boeotiae, cujus incolae semper habitus fere crassi & stupidi apud caeteros Graeciae populos, qui Thebanos vocabant porcos Boeoticos; ut ipse testatur Pindarus in Olympiorum sexta, quum

*PINDARI & HORATII.* 245

suum Musices magistrum hos versus ex arte canere jubet;

Γυνῶναι τ' ἔπειτ' ἀρχαίων ὄνειδος ἀλα-  
Θέσι λόγοις εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν  
Ἴν.

Horatius Venusii natus est urbe parva, in finibus Lucaniae & Apuliae, cujus populi semper latrociniis, & perfidia fuere infames, à tempore Brutiorum, à quibus originem trahunt: hi enim Brutii, Diodoro Siculo teste, erant mera servorum pauperumque colluvies, qui occisis Dominis vicinasque terras populati, tandem in montibus confederunt, ubi sese locorum situ armorumque vi diu tutati sunt.

Illis, quae de duorum horum principum virorum patria dixi, id modo addam, eos nempe difficilibus bellis per omnem vitam fuisse impeditos; cur malo & id accessit, quod pessimae parti sese adjunxerant. Xerxe in Graeciam veniente cum caeteris Graecis per-



terrefactus fuit Pindarus, neque ab infamia popularium suorum abfuit, qui primo quoque tempore cum illo Rege contra omnium Graecorum consensum pacifcebantur. Adeo ut post universam Barbarorum cladem Thebani fuerint habiti pro proditoribus, iisque, qui prae ignavia communem patriae salutem neglexissent.

Eodem modo quum Horatia gens esset in Juniorum clientela, mortuo Julio Caesare, Poëta noster favere coactus fuit partibus Bruti, qui eum legioni praefecit,

*Quod mihi pareret Legio Romana  
Tribuno.*

Verum non magna dedit virtutis specimen, quippe qui in Thessalicis campis vix praelio evasit: audiamus ipsum:

*Sed me per hostes Mercurius celer  
Densò paventem sustulit agmine.*

ex

ex quo praelio ne clypeum quidem reportavit, quod omnem in homine milite infamiam superabat,

— *Et celerem fugam  
Sensi, relicta non bene parmula.*

Omnes revera norunt, qua cura olim milites clypeos suos servarent; tum quod gaudium ante mortem Epaminondas senserit, postquam clypeum suum servatum illi nuntiaretur; nec non quam serio mulieres Spartanæ liberos suos monuerint in bellum euntes, non redire nisi vel una cum clypeis, vel in clypeis; denique, ut fuerit summum injuriae & convicii genus, si quis appellaretur Ripsalspis, id est, qui abjecerit clypeum; quemadmodum videre est apud Aristophanem.

Horum duorum Poëtarum mores maxime inter sese diversi, imprimis circa pietatem certissimum est eos toto coelo inter se dissenfisse. Pindarus e-

Q 4

nim

248 *BLONDELLI COMPAR.*

nim maxime pius in Deos, cujus in plurimis odarum locis inveniuntur indicia; veluti cum canit, *bene de Diis loqui semper conducere*; & alibi: *Deos ventri deditos praedicare, esse periculosae plenum opus aleae*;

— Ἐμοὶ δ' ἀποραὶ γαστρίμαργον  
Μακείρων τιν' εἰπεῖν.

In quo caeteri poëtae non ita, uti Pindarus, sibi temperarunt, imprimis Aristophanes, qui de Deorum luxuria & praecipue Herculis multa habet ridicula

In Menone Pindarum divinum Plato appellat, & magnam testimoniorum fegetem hujus poëtae super animae immortalitate profert; *Pindarus*, ait ille, *animam hominis immortalem esse existimat, eamque aliquando ab agendo quiescere, quod mortem appellant, aliquando se ipsam novam demum generare; eam vero ipsam nunquam perire.*

Ma-

*PINDARI & HORATII.* 249

Magnum praeterea Pindaricae pietatis argumentum in his pulchris versibus secunda Olympiorum conspicitur, ubi de voluptatibus, Diis propriis, & poenis, quae facinorosos manent in secutura vita, agit.

ἽΟτι θανόντων μὲν ἐν-  
Θάδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες  
Ποινὰς ἔτισαν. Τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχῆ  
Ἄλιτρά. Κατὰ γὰς δικά-  
Ζει τις ἐχθρᾶ λόγον φράσας ἀνάγκη.

& alibi infinitis locis.

Idem videtur judicari posse ex titulis; quia Hymni, dithyrambi, Paeanes, aliaque plurima ejus opera, quae ad nos non pervenerunt, nil aliud nisi Deorum & Heroum laudes continuerunt. Thebis prope Matris Deum templum habitabat, quam singulari quoque cultu habebat, & quemadmodum Scholiastae nobis referunt, magno hanc Deam afficiebat honore, quod singulari pietate Pindarus erat.

Q 5

Jux

Juxta Thebas in honorem Jovis Hammonis facellum exstrui curavit, cujus statuæ artifex fuit Calamis, qui erat celeberrimus istorum temporum sculptor, ut constat ex Plinio & Pausania,

Quorum Pausanias Delphis se vidisse ait sedem ferream, in qua Pindarus solitus fuerit sedere, si quando templum ingressus fuisset, suoque tempore adhuc seryari, ut magni pretii monumentum. Verum quod Pindari pietatem maxime reddidit insignem, quodque eum, ut idem ait Pausanias, ad summum gloriæ cacumen evexit, fuit Apollinis Sacerdos Delphis, quæ eo momento, quo Pindarus templum intraret, eum hujus Dei nomine invitavit, ut secum epulis suis accumberet, nec non jusserit ei & Apollini dividi aequas donariorum portiones.

Id quod famæ, quæ per universam ferebatur Graeciam, fidem fecit, auctore Plutarcho, Pana Deum in Arcadiæ montibus visum fuisse tripudiantem, unam ex Pindari odis, quam

quam Pæana vocamus, modulantem.

Insuper refert Pausanias, Pindarum jam provec̄ta ætate vidisse Proserpinam, exprobrantem, se ex omnibus Numinibus solam esse, in cujus honorem Hymnos non composuerit. Verum sese confidere, Pindarum in laudes suas quandoque compositurum oden, quam primum scilicet vitam cum morte commutasset, & ad se venisset, & revera statim post mortem eum vetulae cuidam consanguineae per quietem apparuisse, ait, atque in hujus Deæ honorem cecinisse carmen quoddam, quod hæc consanguinea iisdem verbis, quibus exceperat, expergefacta descripsit.

Quod autem ad Horatium, licet in carmine, cui titulus *carmen Seculare*, & in odis multa sint loca Deorum laudes continentia, & in Satyra sexta, in qua de occupationibus suis, quibus multum diem esset districtus, loquitur, dicat, *assisto divinis*, constat tamen ex judicio eorum, qui sibi veram ejus mentem percepisse visi sunt, eum  
sui

252 *BLONDELLI COMPAR.*

sui temporis religioni, atque vulgari de existentia & potentia divina opinioni non multum fidei habuisse; quoniam contra, ut ipse dicit, esset

*Parcus Deorum cultor & infrequens.*

Quamvis autem deinceps dicat;

*Nunc retrorsum  
Vela dare atque iterare cursus  
Cogor relictos,*

conversionis tamen suae causam tractat in modum adeo scurrilem, ut nullus sit, qui non sentiat, eum minime ex animi sententia loqui. Est in Satyra tertia Libri secundi, ubi sibi minime larvam induit; loquens enim de voto, quod mater quaedam Jovi fecerat, se nempe puerum suum mane die Tiberi immerfuram, si hunc puerum quartana febris reliquisset ejus ope,

*Jupi-*

*PINDARI & HORATII.* 253

*Jupiter ingenteis qui das adimisque  
labores,  
Mater ait Pueri, &c.*

ridet eam in sequentibus, cum dicit

*————— Mater delira ne-  
cabit*

*In gelida fixum ripa. —————*

rogans porro:

*Quove malo mentem percussa? —*

respondet,

*————— Timore Deo-  
rum.*

In Satyra quinta libri primi, ubi iter illud, quod cum Maecenate Brundisium susceperat, describit, urbane satis ludit eos Gnatiae Sacerdotes, ipsi persuadere volentes, thus in eorum Templo sua sponte sine igne super altare liquefactum; ait idcirco,

*Cr.*

————— *Credat Judaeus  
Apella*

*Non ego. Namque Deos didici se-  
curum agere aevum:*

*Nec si quid miri faciat natura,  
Deos id*

*Tristes ex alto coeli demittere tecto.*

Quod ad amissum convenit illi, quod  
Tibullo amico suo in literis ad eum  
ingenue fatetur;

*Me pinguem & nitidum bene curata  
cute vises,*

*Cum ridere voles Epicuri de grege  
porcum.*

Pindari educatio prorsus ignota est,  
nisi quod Pater, aut socer Scopelinus  
eum postea tibiis canendi artem docue-  
rit; socer autem iste mentem discipuli  
sui rerum multo sublimiorum esse ca-  
pacem intelligens, Lyrico cuidam po-  
etae, cui nomen Laso, eum tradide-  
rit artem poëticam docendum; quem magi-

magistrum suum Pindarus brevi super-  
raverit. Suidas dicit, eum Mirtus cu-  
jusdam fuisse discipulum; alii tradunt,  
eum celebri illi Corinnae operam de-  
disse, quam vulgo divinam, & deci-  
mam Musam nominabant.

Ad Horatium, quod adinet, per  
ejus Satyras omnis educatio ejus plana  
fit, ubi visum ei fuit semet ipsum de-  
pingere clarissime: Ait itaque in sex-  
ta:

*Atqui si vitiiis mediocribus, ac med.  
paucis*

*Mendosa est natura, alioqui recta  
&c. ———*

*Causa fuit Pater his, qui macro  
pauper egello*

*Noluit in Flavi ludum me mitte-  
re. ———*

*Sed puerum est ausus Romam porta-  
re, docendum*

*Arteis, quas doceat quisvis eques,  
atque senator*

*Semet prognatos. &c.*

Deinceps liberalem laudat apparatus,  
quo à Patre fuit habitus:

————— *Vestem servosque*  
*sequenteis*  
*In magno ut populo siquis vidisset;*  
*avita*  
*Ex re praeberi sumtus mihi crede-*  
*ret illos.*  
*Ipse mihi custos incorruptissimus o-*  
*mneis*  
*Circum doctores aderat. &c. —*

Numquam fuit filius erga Parentes ma-  
gis gratus, quam Horatius; mirum in  
modum ipse haec testata facit, ubi canit;

*Nam si natura juberet* —————  
*A certis annis aevum remeare per-*  
*actum*  
*Atque alios legere ad fastum quos-*  
*cumque Parenteis*  
*Optaret sibi quisque.* —————  
*Nil me poeniteat sanum Patris hu-*  
*jus. &c. —*

Ita-

Itaque generatim uterque horum  
poëtarum dici potest honestissime vi-  
xisse, quod ad mores saltem & agendi  
modum illius, quo vixerunt, tempo-  
ris; licet, ubi accurate disquiras, sint  
virtutes & vitia, quae plus minus in  
utroque sese conspicienda praebent.  
Uterque amoribus erat deditus; uter-  
que pulchram affectabat gloriam. Sese  
iplos laudare minime dubitaverunt,  
quoniam hae gloriolae poësi non sunt  
indecorae, nec non grandibus adeo  
Poëtis permittendae. Utrumque ad-  
mirati sunt suo tempore, quotquot de  
ingeniis bene existimare potuerunt, li-  
cet tamen aliquando vulgi ignorantia  
male fuerint habiti.

Non satis comperta est vitae mo-  
rumque Pindari ratio, ut inde de  
Virtutibus ejus aliquid statui pro certo  
possit; neque super iis differere possu-  
mus nisi ex fama, quam sibi vivus  
acquisivit magnam, atque ex admira-  
bilibus, quas nobis reliquit, senten-  
tiis, adeo feliciter in odis suis expref-  
sis, ubi virtus idemdem extolli-  
tur,

R.

tur,

tur, vitia suo colore depinguntur.  
Oratio ejus praeceptis morum honestisque cogitationibus adeo plena, ut tot excellentes opiniones ab homine malo, quique mediocriter imbiberit scientiam honesti, proficisci non potuerint. Multae cogitationes ejus adeo sublimes, ut plurimi eas ex ipsis fontibus, hoc est, ex ipsa Sacra Scriptura esse ab eo haustas crediderint. Haec utique Clementis Alexandrini est opinio, qui in tertio Paedagogiae libro vult Pindarum Proverbiorum (Salomonis) lectione fuisse adjutum, ac censet, ei iis verbis, quibus ait

Γλυκύ τι κλυπτόμενον κύπριδος,

obversatum fuisse procul dubio locum capitis noni Proverbiorum, qui de femina nequitiae perditae ita habet: *Illa sedet ad ostium domus suae ad invocandos transeuntes de via, ipsaque dicit fatuis: Aquae furtivae sunt longe suavissimae, & cibus, furto surreptus, tanto est jucundior.*

Eum.

Eundem Clementem Alexandrinum aliam hanc Pindari formulam non animadvertisse miror:

Ἐπάμεροι, τί δέ τις, τί δ' ἔτις;  
Σιγῆς ὄναρ ἀνθρώπου.

Quae adeo evidenter ex Salomonis libris descripta est, & cui nihil prorsus de suo, nisi transpositionem, qua saepius utitur, admisit, appellans *somnium umbrae*, id quod Salomon dicit in *umbra somnii*. Est haec eadem loquendi formula, quam Sophocles, Scholiasta ejus referente, adeo feliciter est imitatus in Ajace, ubi Ulysses loquentem inducit his verbis:

Ὅρῳ γὰρ ἡμᾶς εἶδεν ὄντας ἄλλο πλῆν  
Ἐιδῶν ὅσοι περ-  
Ζῶμεν ἢ κερφὴν σιγῆν.

Quid de justitia mille locis non habet Pindarus? Haec apud eum audit,

— Δίνα πολιῶν  
Ἀσφαλὲς βᾶθρον.

R. 2

Quid

Quid non de vi virium? veluti cum ex-  
clamat,

—— Ο μέγας δὲ κίνδυ-  
νος ἀναλκιν εἰ Φῶ-

τα λαμβάνει. Subjicit

—— Θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκη

Τι κέ τι ἀνώνημον γῆρας ἐν σιότητι

Καθήμενος ἔφοι μάταια, ἀπάντων

Καλῶν ἀμμορος.

loquens de ingratis, ait

—— Θεῶν δ' ἐφετμαῖς

Ἰξίωνα φαντὶ ταῦτα

Βροτοῖς λέγειν ἐν πτεροέντι τροχῷ

Παντᾶ κυλιδόμενον

Τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς

Ἐποιοχόμενος τίνεσθαι.

Id quod etiam Virgilius in sexto *Æ-*  
*neidos* imitatus est, ubi Thesea in in-  
ferno ita facit loquentem,

*Discite justitiam moniti & non temere Divos.*

De

De probitate ait Pindarus:

Ἐν πάντα δὲ νομὸν εὐθυγλώσ-  
σος ἀνὴρ προφέρει

Παρὰ τυραννίδι, χ' ὁπόταν ὁ

Λαῦρος στρατὸς, χ' ὅταν πόλιν οἱ σοφοὶ

Τηρέοντι.

Extant & apud Athenaeum preces à  
Pindaro Jovi fusae, quae morum ejus  
suavitatem, honesteque vitam transi-  
gendi desiderium indicant, dicit e-  
nim:

Τί δ' ἔρδων φίλος τότε Καρτεροβρόντα  
Κρονίδα

Φίλος δὲ Μόισαις Ἐυθυμῖα τε μελῶν  
ἔειπν.

Vel ut canit Horatius;

—— *Nec turpem senectam*  
*Degere, nec Cythara carentem.*

Ad quae verba notat Casaubonus;  
Pindarum hanc animi tranquillitatem,  
& beatam vitam sibi Deam facere; cui

R 3

optat.



*optat, inquit, curae esse, id est, ut honesta voluptate frui possit.*

Si omnes de virtute Pindari expressiones annotare vellem, tempus prius mihi deficeret. Necessè est eum qui hunc in modum loquitur, loqui ex animi sententia. Nam non potuisset ita sibi temperare, quin alicubi mentiretur, quum verissimum sit id, quod dicit,

Ἀμαχον κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος;

Τὸ γὰρ  
Ἐμφυὲς ἔτ' αἰθων ἀλώπηξ,  
Οὐτ' ἐπίβρομοι λέοντες  
Διαλλάξοιντο ἦθος;

vel ut canit Horatius,

*Naturam expellas furca licet, usque recurret.*

Pindari probitas in omnibus ejus scriptis emicat, eaque ansam dedit pulchro huic sermone Agiae in Plutarchi Symposio: Ubi quum jocosè risisset

*coenas*

*coenas Homericas, in quibus fame & siti morerentur, & ubi Epularum magistri, quos nominat ἐσιάρχας βασιδεῖς Italicis cauponibus essent maligniores, & adeo illiberales, ut animosissime exprobrent convivis suis multitudinem calicium, quos cuilibet convivarum praebuerint; Subjicit: Pindaricas multo esse meliores & nobiliores, quippe in quibus Heroës una comedant honestissime, neque cuiquam prae aliis plus vini apponatur: quae, ait, est honorum inter amicos communio: Contra epulas Homericas potius esse genus discordiae inter homines, amoris inter se speciem praeferentes, quique tamen nulla inter se uti nolunt communione, ne in ipsis quidem epulis.*

De Horatio possumus primo dicere, eum animi voluptatibus fatis fuisse obsecutum, eumque ut videtur fuisse jucundi convictus & consuetudinis, neque sui temporis feminis fuisse odio, canit enim:

R 4

Quem

*Quem tenues decuere comae nitidique  
capilli,  
Quem scis immunem Cynarae pla-  
cuisse rapaci.*

Utebatur usque eo libertate, ut numquam se continere vel submittere, ne ipsi quidem Augusto, potuerit, qui eum sibi à secretis suis voluit habere. Maecenas, cui tantum debebat, omnem illi amorem & liberalitatem exhibuit: nihilominus videte quid ad eum scribat:

*Quod si me nolles usquam discedere;  
reddes  
Forte latus, nigros angusta fronte  
capillos,  
Reddes dulce loqui, reddes ridere  
decorum, &  
Inter vina fugam Cynarae moerere  
protervae.*

Deinceps post fabellam de Mustela memoratam, quae horreo exire non pote-

poterat, ubi jam pinguefacta erat; neque per illud redire foramen per quod intrasset, ait,

*Hac ego si compellar imagine; cun-  
cta resigno.  
Inspice si possum donata reponere  
laetus,*

Morum ejus venustas mille locis apparet, quique omnia vellet proferre, quae possent exhibere in eo imaginem probi & honesti viri, ferme universa ista loca forent describenda. Quin & semet de morum suorum probitate persuasum fuisse satis significat, dicens de se;

*Non patre praeclaro, sed vita &  
pectore puro.*

Et alibi:

*At fides; & ingent  
Benigna vena est.*

Sententiae ejus frequentes; verita-  
tis

tis probique laudes , perpetua vitiorum reprehensio , & infinitus praeclararum & maxime sublimium opinionum numerus , quae passim per oedas ejus sunt obviae , fidem faciunt iis , quae dixi. Verum ingenuitas ejus & adeo libera confessio , quam de vitiis suis in Satyris facit , in admirationem me rapiunt , non minus quam acquissima ejus existimatio omnium ferme , de quibus agit , rerum.

Numquam fuit homo in amicitia magis delicatus : non potuisset ferre , vitia amicorum nostrorum esse nobis molesta ; contra flagitans , ut quisque perinde promptus sit in excusandis aliorum , quam fuisset ipsius vitiis , & , ut verbo dicam , quemadmodum , ait , amantes tantum abest , ut moleste ferant amicarum suarum vitia , ut potius iis delectentur ,

*Vellem in amicitia sic erraremus ,  
eique*

*Errori nomen virtus posuisset honestum.*

Alibi

Alibi suaviter de iis , qui minus severi sunt ,

————— *Eheu!*

*Quam facile in nosmet legem sancimus iniquam ;*

*Nam vitus nemo sine nascitur. ---*

Et loquens de vitiis , quae sibi possent objici , deque sua sibi ea evellendi cura , ait ,

————— *Mediocribus , & quaeis  
Ignoscas , vitiis teneor : fortassis &  
illinc*

*Largiter abstulerit longa aetas , liber  
amicus ,*

*Consilium proprium , neque enim cum  
lectulus aut me*

*Porticus excepit , desum mihi.*

Quot egregia de frugalitate in secunda satyra libri secundi ; contra avaritiam in satyra prima libri primi ; contra stultam nobilium vanitatem in sexta ; adversus adulteros in secunda , & adversus

sus quaevis alia crimina in tertia secun-  
di libri, & ubique passim occurrunt?

Revera quidquid dicit, descendit ad  
animum, & vim quamdam adhibet,  
quam evitare nequeas, quia elegans  
& jocosa ejus ratio, qua res minime  
serias & graves tractat, multo facilius  
& efficacius penetrat, quam severitas  
praeceptorum per se odiosa, & ut ipse  
loquitur,

————— *Ridiculum acri*  
*Fortius & melius magnas plerumque*  
*secat res.*

Nihil amplius super hoc addam, quo-  
niam tantis non opus est indicis ad  
probandam veritatem omnium, quot-  
quot paulo sunt humaniores, judicio  
fultam, qui Horatium semper amave-  
runt & admirati sunt. Adde quod  
nemo ipsius aequalium, humanitatis  
studiis addictus, noluerit esse in ejus  
amicis. Virgilii opera innotuit Mae-  
cenati, qui postea sine Horatii convi-  
ctu se posse vivere negabat. Augustus  
eum

eum *lepidissimum hominicionem* appel-  
labat, eumque à consilii secretis ha-  
bere voluit.

Non constat Pindarum de ullo um-  
quam homine male fuisse locutum, &  
licet inimicos habuerit, qui eum per  
omnem vitam male habuerint, non  
apparet eum ultum fuisse eos; conso-  
latur se de eorum malevolentia, di-  
cens:

————— Κρέσσων γὰρ διικτιριμῶν Φθόνος.

Laudat eos, qui calumniatores  
numquam audierint, qui dicuntur

————— Ἀμαχον κακῶν  
Ἀμφοτέροις, διαβολικῶν ὑποφατίες  
Ὀργαίς ἀπενὲς ἀλωπέκων ἰηλοί.

Ridet vanas eorum molitiones, se-  
se comparans cum subere, quod sem-  
per aquis supernatat, quacumque vi  
velis mergere,

Ἀβάπτισός εἰμι Φελλὸς ὡς  
Ἵπερ ἔρνος ἄλμας.

270 *BLONDELLI COMPARE*

Sed & nonnumquam in eos inve-  
hi negari nequit, veluti ubi di-  
cit,

Φίλον εἶν

Φιλεῖν ποτὶ δὲ ἐχθρὸν

Ἄτ' ἐχθρὸς ἐὼν λήκοιο δίκαν ὑποθέσο-  
μαι.

Ἄλλ' ἄλλοτε πατέων ὁδοῖς σκολιαῖς.

Verum mutat sententiam alibi, cum  
dicit, maledicis semper quid mali eve-  
nire. Alio in loco, suum esse evitare  
obtrectationis invidiam, assentitur, quod  
meminerit se Poëtam Archilochum ma-  
ximo in incommodo vidisse, dum is  
se saginaverit, ut ait, *verbis asperis*  
& *injuriosis*,

Ἐοχερὸν Ἀρχίλοχον βαρύλο-  
γοῖς ἐχθεσι πιαινόμενον.

Idem est Archilochus iste de quo Ho-  
ratus,

*Archil-*

*PINDARI & HORATII.* 271

*Archilochum proprio rabies armavit*  
*Iambo.*

Nullus ad jocandum fuit unquam  
propensior, quam Horatius, neque  
ullam praetermittit occasionem ridendi.  
Non loquor de Satyris ejus, quas u-  
nice mordendi causa fecit; sed vel in  
ipsis odis non potuit sibi imperare,  
quin sequeretur insitum sibi studium  
Satyricum, veluti in his odis,

*Parcius junctas quatiant fenestras.*  
\* \* \* \*

*Audi vere Lyce Di mea vota.*  
\* \* \* \*

Tum in illa, ubi jocus ejus est adeo  
salsus,

*Beatus ille qui procul negotiis.*  
\* \* \* \*

Nonnumquam in hoc genere mo-  
dum

272 *BLONDELLI COMPAR.*  
dum excedit, veluti quod adinet ad  
Canidiam in his odis:

*At ô Deorum quidquid in coelo re-  
git  
Terras. &c.*

vel contra Cassium Severum;

*Quid immerenteis hospites vexas ca-  
nis &c.*

In Menam Pompeii Libertum,

*Lupis & agnis quanta sortito obtigit  
&c.*

Et in pluribus aliis, de quibus omni-  
bus dici potest,

*Hic nigrae succus loli-  
ginis, haec est  
Ærugo mera.*

Non quod nesciverit laudare, ubi vel-  
let; quin immo inimitabili facit id cum  
venustate sexcentis odorum locis. Ve-  
rum est, ejus aetatis illustres homines  
mirum

*PINDARI & HORATII* 273  
mirum in modum circa laudes fuisse  
fastidiosos, & oportuisse gratissimi es-  
se odoris quidquid offerretur,

*Aptus acutis  
Naribus horum hominum.*

Sed vero id imprimis obtinuit ratio-  
ne Augusti, qui vulg. res laudes re-  
spuebat, quique, ut Poëta noster ait,  
erat instar equi ferocioris,

*Cui male si palpère recalcitrat undi-  
que tutus.*

Neque sane Horatius eum laudavit,  
nisi paucis in locis, neque vel sic aliter  
id fecisse eum dicas, nisi sponte nata oc-  
cassione, neque ulla cum meditationis cu-  
ra. Et tamen laudes ejus adeo sunt acuta-  
tae, & tanto verborum robore produ-  
ctae, ut nihil supra dici possit, veluti  
in literis ad hunc ipsum Caesarem,

*Cum tot sustineas & tanta negotia  
solus.*

S

Ad

274 BLONDELLI COMPAR.

Admirabili praeterea ratione laudatur Augustus in literis ad Quintium, ubi haec legimus;

*Si quis bella tibi terra pugnata marique*

*Dicat, & his verbis vacuas permulceat aures:*

*Tene magis saluum populus velit, an populum Tu,*

*Servet in ambiguo, qui consulit & tibi, & urbi*

*Jupiter: Augusti laudes agnoscere possis.*

In Libri secundi Satyra quinta Tiresian inducit loquentem:

*Tempore quo juvenis Parthis horrendus, ab alto*

*Demissum genus Aenea, terraque marique*

*Magnus erit.*

In prima fingit se à Trebatio sic moneri:

— Au.

PINDARI & HORATII. 275

— Aude  
*Caesaris invicti res dicere,*

Ut ipsi responderi posset:

*Cupidum pater optime vires*

*Deficiunt; neque enim quivis horrentia pilis*

*Agmina, nec fracta pereuntes cuspside Gallos,*

*Aut labentis equo describat vulnera Parthi,*

ubi apparet sane eum potuisse se erigere ad Heroicum Usus, siquidem ea argumenti ratio sit. Potestne quis majus quid de mortali homine dicere, quam ipsum hoc?

*Coelo tonantem credidimus Jovem  
Regnare: praesens divus habebitur.*

Fingine potest aptius quid, magisque appositum ad placendum Maecena-ri, quam quod Poëta noster postea responderet.

276 *BLONDELLI COMPAR.*

det importuno illi, qui in Maecenatis domum vellet recipi per corruptionem & ambitionem,

————— *Domus haec nec purior  
ulla est,*

*Nec magis his aliena malis.* ———

Plura sunt ejusdem efficaciae.

Veniamus nunc ad animi nobilitatem, & ingenuam liberalitatem, quae multo major fuit in Horatio, quam Pindaro: hic autem par est meminisse, quam mediocribus natus fuerit Pindarus parentibus, atque uti Horatius maximam paternorum bonorum partem post Bruti mortem amiserit, id quod ex hisce patet versibus:

*Unde simul primum me dimisere Phi-  
lippi*

*Decisis humilem pennis, inopem-  
que paterni*

*Et laris & fundi, paupertas impu-  
lit auidax,*

*Ut versus facerem.* ———

At

*PINDARI & HORATHI.* 277

At tamen uterque invenerunt vias ditescendi; at vias diversissimas. Neque vero Horatius erat avarus; contra Pindarus natura amabat argentum, ut Scholiastae ejus singulari ratione testantur, atque satis arguitur laudibus, quibus ipse argentum ornat, veluti

Ἄσῆρ ἀρίζηλος, ἀληθινόν  
Ἄνδρὶ Φέγγος.

Quare acriter totus huc intentus fuit, acquirendis videlicet nummis, versus suos ad id parata vendens pecunia, ut ipse, Musam suam alloquens, ait;

Τὸ δ' ἔτεδὸν εἰ μισθῶ  
Συνέθεν παρέχεν  
Φωνῶν ὑπάργυρον.

Neque sane id ullo dicit affectus pudore, quippe quam agendi rationem jam ante eum praeiverat Simonides & alii, ut videtur testari velle initio secundae Isthmiorum odes;

Οἱ μὲν πάλαι. &c.

S 3

Con



278 BLONDELLI COMP. AR.

Contra vero in omnibus Horatii operibus nil nisi liberale quiddam conspicitur. Ridet avaros sexcenties: ubique moderationem & frugalitatem laudat; sua fortuna contentus videtur, semper paratus illi reddere, quae acceperit;

*Laudo manentem: si celeres quatit  
Pennis, resigno quae dedit, & mea  
Virtute me involvo, probamque  
Pauperiem sine dote quaero.*

Ubi vero quid petit à Maecenate, tanta cum elegantia, tantaque cum gratia id facit, ut non videatur quid petere ab illo, veluti in his versibus:

*Pauperemque dives  
Me petit: nihil supra  
Deos laceſſo, nec potentem amicum  
Largiora flagito,  
Satis beatus unicus Sabinis.*

Ubi satis suo ipse docet exemplo id, quod inculcat Scaevae suis ad eum literis,

PINDARI & HORATII 279

teris, quibus unice id agit, ut eum instruat praeceptis, ac doceat, quae ratio sit tenenda ei, qui se velit alicui potenti addicere, ubi ait;

*Coram rege suo de paupertate tacentes  
Plus poscente ferent.* —————

Probabile est eum magis prodigum, quam avarum fuisse, siquidem iudicium fiat ex reprehensionibus, quibus semet reprehendit de profusione sua. Apparet è multis odis eum saepiuscule amicos suos epulis excepisse, nec non aliquoties mensae suae adhibuisse Maecenatem. Invitat Torquatum per epistolam ad coenam, hortaturque adducat una secum nonnullos ex ipsius amicis, quos facetissime vocat *umbras*, quae corpus sequuntur,

————— *Locus est & pluribus  
umbris.*

Denique amicis inservire sciebat,  
S 4 &

& querelae, quod ne momentum quidem sui esset juris, quoties Romae degeret, satis significant, quantopere amicis suis vellet vivere. Ingeniosae sunt ejus commendationes, verum oppido sedulae, ut in hac ad Neronem Epistola,

*Septimius, Claudii, nimirum intelligit unus  
Quanti me facias.* ———

Ubi tradit ei, atque ornat hunc Septimum, qui vellet suam Neroni operam locare; & in alia ad Iccium, qua huic Grosphum quemdam commendat, ubi longe verissime dicit:

*Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.*

Verum id quod egregiam Horatii indolem multo magis palam facit, est voluptas, qua tenebatur, aedificandi, cujus stultitiam per Damasippum exprobrari sibi facit, tamquam homini  
mo-

*PINDARI & HORATHI.* 281  
molienti ea, quibus impar esset. Ait itaque Damasippus:

*Aedificas? hoc est, longos imitaris  
ab imo  
Ad summum totus moduli bipedalis.* ———

Ubi obiter animadvertimus Horatium fuisse brevi statura, & ut ipse dicit, corporis exigui, id quod satis convenit illi vocabulo *homuncio*, quo illum Augustus appellabat.

Qua statura fuerit Pindarus, nescio; id certum est, eum maxime, & quam saepissime laudare parvos homines, ut quum de Athleta dicit:

Οὐ γὰρ φύσιν ἄαρῳ-  
Νείαν ἔλαχεν,  
Ἄλλ' ὄνοτος μὲν ιδέσθαι  
Συμπεσεῖν δ' ἀίχμᾳ βαρύς.

Tum ubi hunc in modum loquitur de Hercule;

Καὶ τοὶ πατ' Ἀνταίη δόμος  
 Θηβῶν ἀπὸ Καδμηΐαν μορ-  
 Φῶν βραχὺς, ψυχρὸν δ' ἀναμπτos,  
 Πρωπαλάισων ἦλθ' ἀνὴρ  
 Ὑῖος Ἀλκμήνας.

Videtur Horatius animo subiracundo fuisse, quod item ex Damascippi persona ipse sibi exprobrat:

*Non dico horrendam rabiem. —*

Tum profus consentit ipse in alia:

*Iraisci celerem, tamen ut placabilis  
 essem.*

Quod haut mali ingenii atque indolis est indicium, quoniam illi, qui facile succensent, plerumque sunt ingenii liberi, neque vindictae cupidi.

In eo fuere alter alteri quam simillimi, quod natura essent amobus maxime dediti. Ex Athenaeo discimus, quam ultra modum Pindarus amavit,

Οὐ

Οὐ μετρίως ἐρωτικός,

profertur ibi carmen, quo Pindarus se uni amori nuncupat, suumque animum ab omnibus aliis curis ad amorem unice avocat;

Εἴη καὶ ἐρῶν καὶ ἐρωτὶ χαρίζεσθαι.  
 Καὶ παρὰ καιρὸν μὴ πρεσβυτέραν  
 Αριθμῶ δίωκε θυμὲ πρᾶξιν.

Idem Athenaeus suggerit aliud pertinens ad Theoxenum, quem Pindarus amabat, de quo proinde dicit:

Τὸς δὲ Θεοξένῃ ἀκτίνας προσώπῃ  
 Μαρμαρίζουσας δρακείς, ὅς μὴ  
 Πόθῳ κυμάνεται ἐξ ἀδάμαντος  
 Ἡὲ σιδᾶρε κεχάλκευται μέλαιναν  
 Καρδίαν ψυχρᾷ φλογί.

Unde colligere est, dolendum profecto esse, quod Pindari opera plurimam partem interierunt; quum satis ex hoc odario constet, Jocos, Risus,

Cha-

Charites, Cupidinemque non utique in folis Sapphus & Anacreontis odis reperiri, sed & Pindarum nonnumquam hoc majestatis severae supercilium posuisse, quod caeteroquin praefert in iis, quae ad nos pervenerunt, operibus

Quid dicam de tot Horatianis odis, in quibus

————— *Spirat adhuc amor  
Viventque commissi calores fidibus.*

Imprimis illic, ubi congeffit quidquid in amore cogitari potest maxime tenerum. Quid dicam de illa, quam Scaliger tantopere laudavit?

*Donec gratus eram tibi. &c.*

Quid de caeteris hisce?

*Quis multa gracilis te puer in rosa.  
\* \* \* \* \**

*Cum Tu Lydia Telephi &c.*

Et de reliquis multis? veluti,

————— *Quas*

————— *Quas Venus  
Quinta parte sui Nectaris imbuat.*

Non possum, quin tester Poetas nostros enormi suo *παιδεργιας* impetu incutere mihi horrorem, quamquam ipsorum temporibus & moribus popularium detestandum illud crimen sic factis fuerit pervulgatum & receptum; quibus adde quod ad mortem usque mordicus tenuerunt, quam per omnem vitam fuerunt secuti, amandirationem. Pindarus in brachiis hujus Theoxeni, quem amabat, exspirasse dicitur; & Horatius ante mortem circumquaque, ubi decumbebat, specula suspendi iussit, ut uno contuitu videret aliquammultas lasciviae imagines; itaque ad finem usque libidinis se pascebat cogitationibus.

Habes quae de moribus eorum annotare potui; quod adinet ad vitae utriusque fata, uterque valde cum invidis fuere conflictati, priusquam ad id nominis culmen, quod denique peti-

tige-

tigerunt, ascendissent. Ælianus refert, Thebis quinquies Corinnae prae Pindaro poëfos lyricae palmam ab ignorantibus iudicibus fuisse adjudicatam. Dum nimirum esset Pindarus, ut ait ille,

*Ἀμαθέσι περιπέσων ἀκροαταῖς.*

Quin & Pausanias ait in Boeoticis, se Tanagrae vidisse hujus Corinnae statuam imposito capiti diademate ob hanc reportatam palmam, sibi que videri eam Pindarum non vicisse, nisi quod scripisset dialecto Æolica, quae apud plebem potissimum in usu erat; quam Pindarus scripisset dialecto Dorica, qua utebantur cultiores. Adde, inquit, quod Corinna erat longe formosissima, ut colligi potest ex ejus statua & imagine, quam Tanagraci illi in porticibus suis fieri iusserunt.

Athenaeus loquens de coactis quibusdam versibus, quos Griphos appellat, quibus componendis veteres sese applicuerunt, quemadmodum &

in

in Simonidis *Ovo*, *Alis*, & *securi* certissimus, variisque aliis veterum fragmentis, ait, Pindarum Poëtarum sui temporis invidiam & odium sibi conflasse, eo quod oden, quam diceret *ἀσιγμαποιηθεῖσαν*, id est, ubi nullum occurreret sigma, composuerat; sive, ait ille, quod non potuerint evitare hanc consonantem, sive quod tale genus carminis magni non fecerint. Strabo quoque, ut probet, Sacerdotes Cybeles aequae ac Bacchi una sub nomine Corybantum contineri, refert nobis versus aliquot ex Dithyrambo, quem Pindarus procul dubio composuerit, ut caeteros rideret Poëtas, cujus initium per Casaubonum hoc modo translatus est, *Olim quidem exulabat à carminibus exilitas, & sigma reprobum, ô homines, è dithyrambis:*

*Πρὶν μὲν ἤριπε σχοινοτενῆς τ' ἀοιδά  
Καὶ τὸ σὰν κίβδηλον, ἀνθρώποι, ἀπὸ  
Διθυράμβων.*

Id quod convenit illi, quod alicubi

bi

bi Dionysius Halicarnassensis dicit de hoc sigma; videlicet Pindarum appellare *σάυ* verbum, quod forsitan Thebis à Cadmi & Phoenicum temporibus superfuerit, *neque id libenter inseri versibus fuisse solitum ob sibilum.* Et inde factum fuisse videtur, ut duplex sigma in Attica dialecto vulgo mute-tur in duplex T. quod ingeniosae illi de consonantibus apud Lucianum disputationi ansam dedit.

Quod ad Horatium, quem *rodunt omnes*, credibile est huic non defuisse obrectatores, eique multas difficultates fuisse superandas, antequam dicere potuerit,

*Et jam dente minus mordeor invidio.*

Intelligo occultos illos inimicos, quorum inter potentes magnus adeo solet esse numerus, ubi, ut dicit Lucianus, suspiciones, invidia, mendacium, & calumnia vigent; ubi ex ingenti spe aemulationes & odia furibunda, & per-

perpetua illa machinatio, qua aliorum fama subvertatur.

Istiusmodi sunt inimici, quos credibile est plurimum vexasse Horatium, quoniam erat homo, contra quem nemo impune auderet quid aperte tentare, eratque metuendus; sicuti de se ipso dicit;

*Foenum habet in cornu, longe fuge;*

& porro:

*Cave, cave: namque in malos asperrimus*

*Parata tollo cornua.*

*Aut si quis atro dente me petiverit?*

*Inultus ut flebo puer?*

Verum si duo nostri poëtae ab invidis male fuerunt habiti, cultiores sane & ingenui beneficia & honores iis rependerunt; nam ab summis sui temporis viris amati ac liberaliter excepti fuere, & , ut dicit Horatius,

————— *Tamen me*  
*Cum magnis vixisse invita fatebitur*  
*usque*  
*Invidia.*

Quid gaudii inde non fenfit? quum  
dixit,

*Monstror digito praetereuntium*  
*Romanae fidicen Lyrae.*

Quam bene meriti sui novit magnitu-  
dinem, quando dicit:

————— *Sume superbiam*  
*Quaestitam meritis, & mihi Del-*  
*phicâ*  
*Lauro cinge volens, Melpomene,*  
*comam.*

Quare & famam suam non minus at-  
que poera immortalem fore, praedicat  
hac pulchra ode

*Non usitata nec tenui ferar*  
*Penna. &c.*

Non

Non minora de suis operibus praedicat  
Pindarus, quae continuo appellat

*Νέκταρ χυτὸν*  
*Μοισῶν δόσιν*

mox;

*Ἐλπὶδ' ἔχω κλέος εὐ-*  
*ρέσθαι κεν ὕψηλον πρῶσω.*

Et, fore ea immortalia, ut quando  
dicit:

*Τὸν ἔτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθὼν*  
*Ἐριβρόμος νεφέλαις σρατὸς ἀμείλιχος*  
*Ἄου τ' ἀνεμος ἐς μυχὰς ἀλὸς*  
*Ἄξει παμφόρῳ χερῶδι τυπτόμενος.*

Idem hoc feliciter imitatus est Hora-  
tius hac ode:

*Exegi monumentum aere peren-*  
*nium,*  
*Quod nec imber edax, non aquilo*  
*impotens*  
*Possit diruere. &c.*

T 2

Satis

292 *BLONDELLI COMPAR.*

Satis igitur noverant, quantum valerent: Pindarus certe super hac re ingeniosissime homini cuidam, referente Plutarcho, qui adulandi gratia, huic nostro dicebat, *prorsus laudo te omni tempore & loco*, respondebat;

Καγὼ σοι χάριν ἀποδίδωμι, ποῖός  
Γάρ σε ἀληθέυειν.

Nil aequè optabat, quam ut longo tempore hac sua fama & existimatione, in qua erat apud viros principes, frui liceret.

Denique fama ejus post mortem adeo magna fuit, ut legas Lacedaemonios, & longe post hos Alexandrum Thebis expugnatis Pindari posteros servitute exemisse, domumque ab omni vexatione hostili immunem fecisse hac inscriptione, qua fores notari curarunt;

Πινδάρου τῆ μεσοποιοῦ τῶν σέγων μὴ  
καίστε.

Pens

*PINDARI & HORATII.* 293

Pene hic obliviscerer dicere, esse qui tradant, Athenienses ex aerario suo solvisse mulctam, qua Thebani Pindarum condemnarunt, quod Atheniensium urbem laudaverat, eamque vocarat,

Μεγαλοπολίας Αθήνας  
Ἑλλάδος ἔρεισμα.

Quare non fatis mirari possum duarum harum rerum publicarum rationem, quae dum florebant, odio internecino altera oderant alteram, nihilominus verfantés in periculo iis inter se certarunt officii, quae ne ab amicorum fidissimis quidem speranda essent.

Ut revertar ad duos nostros Poëtas: Pindarus in Graecia eo floruit tempore, quo honor, virtus, divitiae & artes in summo starent culmine. Saepius interfuit ludis Olympicis, ubi, teste Luciano, agente de Herodoto, uno in loco Graeciae universae consensu probabatur, neque laus ejus publicabatur voce unius praeconis in una urbe;

T 3



urbe; verum in tot urbibus, quot-quot urbium cives in istam missi essent panegyrim.

De Horatio sufficit si dicas, eum Augusti tempore vixisse, eumque, ut ipse dicit, tulisse punctum *Romae principis urbium*, id est, universi generis humani.

Caeterum in eo mihi prae Pindaro videtur fuisse fortunatior, quod ipse argumenta, quae placeret, eligeret, ut ita liberam posset capere aream genio suo, quamcumque sibi proposuisset materiam. Pindarus contra circumscriptus erat, & coactus semper laudare, atque eos quidem, qui saepe parum laudis mererentur. Id quod locum dedit magnis illis digressionibus, de quibus mox.

Certe Pindari opera necesse est quaedam maxime inusitata vel potius divina continuasse, quo ita, ut fuerunt, grata esse potuerint, quum nil nisi laudes caneret, quae vulgo tamen adeo insuaves veniunt, ut Satyrae videantur suaves per tenuia illa invidiae semi-

semina, quae in nobis insunt, quibus sit, ut credamus nobis id negari, quod tribuatur illi, qui lauderur; contra tribui nobis id, quod negetur illi, qui contemnatur. *Quisquis se ope virtutis erigit*, ait Horatius, *gravitate gloriae suae deprimit ejus merita, quem post se relinquit*; ecce ejus verba,

*Urit enim fulgore suo, qui praegravat artes*

*Infra se positas.* ——— ———

Nolim tamen haec ita accipi, quasi non fuit tempus, quo minus in tanta fuerit exultatione Pindarus. Etenim videmus in Athenaeo, tempore Eupolidis Comici, *Pindari opera, prae amoris frigore, quotum vulgo torpescerant praestantiora studia, in oblivionem venisse.* Et jam Casaubonus verum esse ait, hunc Eupolin, corrupta seculi sui ingenia deplorare; *Quod mollia & lasciva aliorum Poëtarum Erotopaegnia Pindaricae Musae;*

*hoc est, foedam plumbi scoriam puro puto auro anteponerent. Et tamen non plus quam centum anni Pindarum & Eupolin interfunt, quorum Eupolis, teste Suida, submersus est in pugna navali tempore belli Peloponnesiaci, id quod decreto Atheniensis populi locum dedit, per quod*

*Ἐκωλύθη γρατέυεσθαι ποιητήν.*

Idem hoc constat adhuc è nonnullis locis Aristophanis, qui fere aequalis fuit Eupolidis, ubi Scholiastae dicunt, cum poëtas Dithyrambicos ridere, in primis Pindarum isthoc loco; ubi loquens de nubibus Socratem inducit dicentem,

*Πλείστες αὐται βόσκουσι σοφισίας  
Θερσιμάντεις, ἰατροτχέναις σφραγίδα-  
Νυχαρροκαμητάς, κυκλίῳν τε  
Χορῶν ἀσματοκάμπτας.*

Alibi hic poëta delectatur componendis numeris dithyrambicus plurimum  
Jam-

Jamborum, ex diversis Lyricorum Poëtarum locis petitorum, ut risu eos traducat; veluti hic,

*Υγρᾶν νεφελᾶν σρεπταιγλᾶν δαίον ὄρ-  
μάν.*

Ad quae verba notat Scholiastes, poëtam loqui de versificatoribus dithyrambicus: alio in loco magis aperte ridet Pindarum, ob frequentiam numerorum, quae appellantur ὁμοιόπτωτα sive ὁμοιοτέλευτα, ut hic

*Πραγμάτων τε καὶ μαχῶν  
Καὶ Λαμάχων ἀπαλλαγείς*

Quod scholiasten facit dicere:

*Πίνδαρος χλευάζεται.*

Hic jam foret de Graecorum ludis, eorumque institutione, deque horum exercitiorum fructu agendi locus, quae omnia Solon adeo bene explicuit in Anacharside Luciano. Pos-

sem loqui de eorum institutoribus, de praeniis victorum, qui, teste Pindaro, *per omnem vitam erant felices*, nec non de tempore, quo celebrabantur, praecipue de Olympicis, qui nomen dederunt Olympiadibus, in chronologia adeo frequentatis; quae celebrabantur quadraginta quinque dies intercalares, qui erant isti dies, quibus quaterni anni solares ex eorum calculis superabant quaternos annos lunares, duodenum orbium Lunarium singulos. Multa praeterea dicenda forent de veterum erroribus in hac supputatione, tum de variis Epocharum mutationibus, usque ad tempus numeri aurei, aut Methonis Enneadecaeterida, quam veteres poetae adeo jocose rident, quando quidem fingunt, Deos ire cubitum incoenatos, posteaquam totum diem inhiassent nidori sacrificiorum, quae calendarium emendatum rejiceret in aliud tempus. Verum haec digressio nimis nos abduceret.

Nec magis de Lyricorum versuum  
men-

mensura loquar, de Strophis, Anti-Strophis, Epodis, Systematibus, Anti-Systematibus: quamquam bene multa satis egregia tangere possem de veterum Musices ratione, ad quam Pindari odae sunt compositae. Possem differere de ejus convenientia cum nostra, quae hodie obtinet, cantandi ratione; Item examinare an Dorica ratio respondeat tonis nostris *A mi la re*, ut vult Glareanus & Galilaeus, magni Mathematici pater, vel an tonis *D la re sol*; an ratio Lydia sit hodiernum *L' ut fa*; atque ita possem explicare hunc Horatii versiculum,

---

*Modo summa  
Voce, modo hac resonat quae chordis  
quatuor ima.*

Sed ne longior sim, id modo dicam; quod Plutarchus libro de Musica refert, videlicet *Platonem in Repub. sua Doricam harmoniam admisisse, ut maxime omnium virilem & bellicosam, & quod severitas ejus, quam supra omnia*

omnia in Pindaro admiraretur, animos juvenum intra modestiae terminos facillime contineret, quum contra effeminentur modis Lydiis vel Phrygiis. Addit Plutarchus; Pindarum invenisse Poëseos genus quoddam ad saltationem accommodatum, quod appellavit *πινδαρῆϊον τρόπον*. Id quod convenit illi, quod dicit Clemens Alexandrinus, *Pindarum saltandi quemdam modum invenisse*; quod item testatur Athenaeus.

Verum jam puto tempus est, vir Illustrissime, de duorum Poëtarum nostrorum operibus agendi. Pindarus praeter Olympionicas, Pythionicas, Isthmionicas, Nemeonicas, quae habemus, quaeque veteres appellabant quatuor periodi libros, composuit alia multa, quae interciderunt, quorum nil nisi fragmenta restant, sparsa per auctores, veluti Eustathium, Athenaeum, Strabonem, Philonem Judaeum, Pausaniam, Dionysium Halicarnasseum, Plutarchum, Stobaeum, Suidam, nonnullosque alios. Vide numerum eorum ut inven-

niantur

niuntur apud Suidam: *Pindarus*, inquit, *conscripsit septemdecim libros dialecto Dorica, Olympionicas, Pythionicas, Profodia, Parthenia, Enthronismos, Bacchica, Daphnephorica, Paeanas, Hyporchemata, Hymnos, Dithyrambos, Scolia, Encomia, Threnos, Fabulas Tragicas septemdecim, Epigrammata versu hexametro, & oratione soluta Paraeneses, sive adhortationes ad Graecos, & alia plurima*. Horum Pindari operum partem aliquam subobscurè Horatius expressit hac ode:

*Pindarum quisquis studet aemulari:*

Ad Suidae calculum mirari subit, quod non loquitur nisi de Olympionicis, Pythionicis, nulla Isthmionicarum, neque Nemeonicarum addita mentione. Notandum quoque, cum ille dicat Olympionicas, Pythionicas, omnes Pindari impressos libros agnoscere Olympia & Pythia. Hunc errorem Casaubonus in lectionibus Theophrasti

cri-

critis jam correxit, casu loquens de vocibus Olympionicae & Pythionicae: *quas ego voces, ait, censeo esse reponendas in fronte singulorum Pindari librorum pro eo, quod nunc legimus Olympia, Pythia: Male opinor, non enim ludos laudare poëtae est, ut loquuntur, intentio, sed ipsos victores.*

Hi quatuor ludi, ut diximus, vocabantur per excellentiam *periodus*. Nam quamvis pleraeque paulo celebriores Graeciae civitates seorsim agerent conventus quaeque intra urbem suam separatim suos celebrandi ludos causa; & maximus ibi Athletarum & Spectatorum undique fieret concursus; quatuor nihilominus ludi erant infinitis partibus quam caeteri celebriores, quos vocabant *Sacros*, nempe Olympici, qui Pisis celebrabantur, in Elide in Jovis honorem; Pythii Cirrhae Phocaicae prope Delphos in honorem Apollinis; Isthmii in Isthmo Peloponnesiaco prope Corinthum & Sicyonem in honorem Neptuni, & Nemei in valle

valle Nemea prope Argos in honorem Jovis. Athleta, qui in his quatuor ludis victor fuerat, quod dicebant, *περίοδον νικῶν*, tanto afficiebatur honore, ut Pindarus saepius eum compareret *cum ipsis illis Deis*, neque Cicero dubitet dicere: *apud Graecos tantumdem id fuisse, quam si quis apud Romanos triumphasset.*

Suidas ait, *Lyricos profodas appellasse Poëmata solemnibus Deorum Festis cantata*; & Casaubonus super Athenaci loco, ubi loquitur de versibus Profodicis, ait, *eos, qui Profodicis & Apostolicis confundunt, vehementer falli, quod magna sit horum differentia: Profodium enim carmen ab iis cantari solitum, qui ad Apollinem accedebant. Apostolicus modus is est qui convenit τοῖς Ἀποσολοῖς vel Ἀποσολεύσι, quae erant apud Graecos praefecturae nauticae nominata.*

Quod ita intelligo, *Profodia* forsitan esse ea, quae in solenni pompa ad templum Apollinis cantabantur

Ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα.

Et Apostolica, quae cantabantur inter ornandam classem, cum milites naves conscenderent,

Ἀπολόλιον ἀπὸ τῆς ὁδοῦ.

Idem Suidas dicit Parthenia esse carmina facta in Virginum aut Eumenidum honorem, utrumque enim per vocabulum παρθέναις potest intelligi. Appellat Paeanas κώμας, εὐφημίας, ac si Latine dicas faustas acclamationes: duo distinguit eorum genera: unum quod cantabatur in Martis honorem ante proelium, quod vocabatur ἐνώλιον, alterum post victoriam. Id quod alibi effert aliter: Veteres duo genera Paeanium canebant, unum in honorem Martis ante proelium, alterum in honorem Apollinis post proelium. Hac de causa dicit Sophoclis Scholiastes super his Oedipi Tyranni versus,

Πόλις

Πόλις δ' ὁμᾶ. . . &c.

Eos, qui utuntur sanitate, sacrificare & canere Paeanas, ne pestilentia corripiantur, eos vero, qui jam laborarent ea, deplorare mala sua. Nam ut Suidas alibi dicit, Paeanismus cantatur, ut liberemur ab intentatis malis.

Quin apud multos reperi autores, Paeanas non nisi in Deos à veteribus esse compositos: & unum ex praecipuis capitibus accusationis, quae Demophilus Athenis instituit adversus Aristotelem, fuit de Impietate, qua accusabatur, quod composuisset hanc elegantem oden, quae legitur in Athenaeo & Diogene Laërtio in honorem cujusdam Hermiae, Atarnae Tyranni, quamque Demophilus existimabat esse Paeanem, licet Aristoteles contrarium probaret diversis rationibus, quarum praecipua erat, quod illi non adesset acclamatio ἡ παιάν, quod, ut ita dicam, verum Paeanis est indicium.

V

Qui

Qui post Aristotelem venerunt, non adeo rigide hanc ceremoniam servarunt, quae transibat ab Diis ad Heroas, & deinceps ad homines mortales per Atheniensium adulationem, qui primi unum in honorem Demetrii Antigoni filii cantari curarunt paeana, & postmodum in honorem Ptolemaei, Regis Aegypti.

Macrobius septimo decimo Capite Libri primi Saturnalium adfert elegantissimam hujus acclamationis ἡ παιᾶν vel ἡ παιῶν (nam utrumque dicitur) etymologiam; nempe quod Apollo dicitur ἰγίος, vel ab ἰασθαι, quod significat sanare, vel sane ab ἰεναι βέλος ἐχέπειυκέσ. Et παιᾶνα ἀπὸ τῆ πάειν τὰς ἀνίας, vel ἀπὸ τῆ παιείν, quod significat percutere.

Athenaeus, quod ad hujus vocis Paeana Etymologiam, narrat historiam satis jocosam; Latonam, ait, infantibus suis Chalcide Euboeensi Delphos adductis, voluisse quietem capere juxta antrum, nomine serpentis Pythonis celebre, unde quum serpens iste ilico exiit

exiliret summo cum impetu ad eam devorandam, adeo Latonam fuisse exterritam, ut, sublata in sinum Diana, aufugeret in rupem illam, quae, ait ille, hodie est basis statuae hujus Deae, quaeque omnem hanc historiam inscriptam gerit. Apollo autem quum satis opportune & feliciter jam manu arcum teneret, Latona trepida identidem clara voce ei acclamabat, ἦ παιᾶ, ἦ παιῶν. Hinc istiusmodi acclamatio usu recepta est, quoties quis in medio versetur discrimine, ἦ παιῶν.

Plutarchus Libro de Musica, ait, magnam differentiam esse inter Paeanas & Hyporchemata, vel carmina ad saltandum; quod, ait, posse cognosci ex Pindari operibus, qui utrumque genus composuit. Ea Pindari opera Hyporchemata appello, quia veteres dixerunt fuisse id carmen Saliare Latinorum, quod, interprete Dalecampio in Athenaeum, saltantibus accinebatur: vel ut loquitur Lucianus, carmina ad saltationes personarum chori condita, appellabantur Hyporchemata; licet Ca-

saubonus contra ea appellet saltationes  
voci subservientes. Facile conciliatur  
haec diversitas ex eo, quod idem A-  
thenaeus dicit alio in loco, *Hyporche-  
maticum genus fuisse saltandi, ubi per-  
sonae, sive viri, sive feminae, qui-  
bus constabat Chorus, cantantes sal-  
tarent; tum inter has saltationes emi-  
nuisse modos Prosodicos, Apostolicos,  
Parthenios, & similes; nam quod ad-  
rinet ad hymnos, praesertim eos, qui  
essent in Venerem & Bacchum, hos per-  
inde atque Paeanas ab aliis fuisse sal-  
tatos, ab aliis vero non.*

Unde animadvertas licet carmina,  
de quibus modo locuti sumus, quae  
cantabantur in pompis solennibus, in  
ceremoniis, inque conscendendis na-  
vibus, non solum cantari fuisse solita,  
sed & adfuisse saltatores, qui variis  
gesticulationibus motibusque, velut no-  
tis atque indicis exprimerent ea, quae  
canebantur. Is autem, inquit Athe-  
naeus, exhibebatur, qui gesticulati-  
ones suas non exacte ad argumentum  
& literarum cantatarum sententiam  
com-

componeret, vel minus modos & nu-  
meros servaret. Unde, ait, *istiusmo-  
di saltatio dicebatur Graecis ὑπόρχημα  
quasi ὀρχησῶ ἐπὶ τῶν ᾠδῶν: vel ut ali-  
bi loquitur, imitatio verborum & re-  
rum in aëre per vocem sonantium.*

Porro quemadmodum sunt tria sal-  
tationum genera poesi scenicae conve-  
nientia, Tragicum, Comicum, Saty-  
ricum; perinde tres sunt species ad po-  
esin Lyricam aptae, Pyrrhica, Gy-  
mnoepaedica, Hyporchematica; qua-  
rum Pyrrhica proxime ad Satyricam  
accedit, quum utraque saltetur celeri-  
ter, & pyrrhica sit saltatio bellica;  
Gymnoepaedica similior est Tragicae,  
dictae Emmeliae, eo quod ambae  
sunt seriae, neque sine maiestate gra-  
ves. Hyporchematica referrí possét ad  
Comicum, cui nomen Cordaci, pro-  
pterea quod utrique inest paulo plus  
ludicri & jocosí. Etenim sic loquor,  
ut declarem ridiculum id, quod ha-  
bet cordax, idque saepe ultra mo-  
dum, ut adeo cordax insanis habere-  
tur Graecis propter lascivos saltantium  
gestus,



gestus, & parum honestos. De gestulationibus his capiendus Horatius, ubi dolet, *quod tenerae puellae vix puberes doceri velint saltationes Asiaticas, &c.*

*Motus doceri gaudet Ionicos  
Matura virgo, & fingitur artibus.*

Oprandum foret perdita Pindari opera nos habere, quo veram sciremus differentiam eorum, quae in unius ejusdemque Dei honorem composuerat, ut Daphnephoricorum, Pae-anum, & Profodicorum, quae composita erant in Apollinis honorem; aut Bacchicorum & Dithyramborum, in honorem Bacchi, qui & ipse Dithyrambus vocatur, hoc est, *propter duas portas sive fores, quibus fingitur prodiisse in auras, utero scilicet matris, & femore Jovis;*

*Καὶ διθυραμβὸς ὁ Διόνυσος; παρὰ  
τὸ ὄνομα θύρας βῆναι, τὴν τε τῆς  
Μητρὸς Σεμέλης καὶ τῶν μηρῶν  
τῆ Διός.*

Nulla

Nulla forsan eorum fuit nisi in numero, modulatione, & loquendi formis differentia. Apparet saltem, Dithyrambos omni ex parte fuisse plenos figuris supra modum tumidis, dictionibus grandibus ex pluribus aliis compositis, & sensu passim intricato & impedito adeo, ut haut facile intelligerentur. Nam ut Suidas ait, *Poëtae Dithyrambici non loquebantur, nisi de rebus sublimibus, veluti nubibus, & meteoris, verbis compositis, & loquendi formis novis, audacibus & inusitatis, ut Horatius testatur de Pindaro:*

*Seu per audaces nova Dithyrambas  
Verba devolvit, numerisque fertur,  
Lege solutis.*

Quod illuc referas licet, quod dicit Aristophanes eos appellans *μετρωροφέναντας*, qui auditores magnis vocabulis & vanis sermonem nubibus detinere conantur; tum ad id, quod habet Scholiastes: *Poëtas Dithyrambicos*

V 4

locus

312 BLONDELLI COMPAR.

locutionibus compositis & maxime intricatis uti. Id quod proverbio locum dedit, de rebus intellectu difficilibus;

Διθύραμβων ἄν ἔχεις ἐλάττωα.

Observo Dithyrambos satis magno fuisse in pretio, dum intra verisimile & moderatum consistenterent. Verum eisdem evasisse ridiculos ubi modum excederent, ut paulo supra vidimus in aliquot Poëtarum jambis, quos Aristophanes in Nubibus maligne confudit, & ubi Scholiastes ejus dicit: *Veteres credidisse, Dithyrambos non nisi in bonae Poëseos ruinam fuisse compositos.*

Saltem non credunt, Dithyrambos usquam fuisse toleratos nisi in vino, si admittimus, quae Philochorus ait apud Athenaeum; *veteres Dithyrambos non cecinisse in omnibus libationibus aut sacrificiis, sed in illis solum, quae Baccho fiebant, & quum jam essent inebriati.* Archilochi quoque versus

EX-

PINDARI & HORATII. 313  
extant, facete adeo dicentis,

Ὡς Διονύσιοι ἀνακτος καλὸν ἐξάρξαι  
Μέλος οἶδα διθύραμβον, ὄνω συγκο-  
ραυνοθεῖς Φρένας.

Quod convenit illi fragmento, quod extat Epicharmi, qui *Dithyrambos* negat *aquae potoribus*,

Ὅτι ἐστὶν Διθύραμβος, ἔχ' ὕδωρ πίης.

Aliud insuper genus est Poëseos in catalogo Pindari Poëmatum, quod non nisi inter vinum cantabatur: Haec sunt veterum Scolia, quae Suidas appellat Παρωϊῆς ᾠδᾶς, quasi diceret, *mensarum cantus*, cujus inventor, Pindaro teste apud Plutarchum, fuit Terpander quispiam. In nuptialibus festis hoc genere maxime utebantur. Et sicuti veteres Graeci decumbentes edebant, neque, uti nos, sedentes, propterea aliquot sternebantur lectuli, qui circum mensam in orbem ponebantur, in quibus convivae decumbe-

V 5

bant.

bant. Sub finem convivii myrteus ramus illi, qui in fine mensae accumbebat, dabatur, qui continuo breves quasdam sententias, aut amores nonnullos versibus cantabat, tradens deinceps ramum ei, qui proximus erat, qui item tradebat proximo post cantatam suam cantilenam, atque ita hic ramus de manu in manum ibat, donec ad convivii dominum venisset. Et sicuti ab alio ad alium ramus iste transiens efficiebat tabulae circulum, quod appellabant *περίοδον σκολιῶν*, veluti si quis dicat *ingressum recurvum* vel *tortuosum*, ob parvos lectulos in orbem positos: Hinc factum est, ut hujusmodi cantilenaе scolια sint appellatae.

Cantilenas voco more Suidae, qui ait, scolion fuisse *cantum paucorum versuum*, plerumque vel in praeclari facinoris cujusdam laudem, vel ad vituperanda vitia compositum. Ut enim dicit Casaubonus, *verissimum est, Scoliorum argumenta fuisse βιωφελῆ & vitae praecepta, suntque pleraque illorum*

*rum facta ex dictis septem sapientum, quae ἀδομενα olim dicta sunt, quia moris erat ea cantare in conviviiis.*

Quod confirmatur eo, quod Suidas & Aristophanes narrant de Pericle, qui scripserat Atheniensium leges in formam brevium cantilenarum in modum Scoliorum, ut eae possent cantari, eo-que facilius menti inhaerent. Id-que praeterea constat ex multis, quae apud Athenaeum videre est, Scolias.

Hoc amplius idem iste & Suidas dicunt, tres diversos cantandi super mensam modos fuisse; primum, quum omnes convivae simul cantarent unum idemque carmen; secundum, cum in orbem alius post alium; tertium, quando intelligentes quique singuli cantum canerent. Haec interruptio, ait, quae fiebat transeundo ab uno intelligente & docto ad alium, convivas hoc modo dispersiens, gradiendo oblique & quasi saltibus, fecit, ut hoc canendi genus diceretur Scolion sive tortuosum.

Nil de magno illo Pindari Scolio dicam, quod legitur apud Athenaeum,

in meretricum Corinthiarum laudem; nec de eo quod dicit Eustathius ad *Odyseam*: duas esse *Scoliorum species*, quarum altera vocaretur *κωκκτινὰ* sive *ridicula*, quae sunt ad deridenda vitia, altera *κυσδαία* vel *seria*, ad laudandam virtutem, ejusque sectatores. Inter has ultimas *Scoliorum species* ponit eas, quae vocantur *θρηνησδὴν* sive *lugubres*, quae à familia circa rogam defuncti in *silicernio* cantabantur. In Athenaei quodam interprete legi, *Scolia* pene his versibus fuisse similia, quos nos, secuti Italos, appellamus *Stances*, *Sonets*, & *Madrigaux*.

Verum videor mihi paulo plus exspatiatus esse in hoc diverticulo; quare redeundum in viam.

En igitur iudicium, quod de *Pindarica Poësi* fert *Quintilianus Lib. X. Cap. primo*: *Novem Lyricorum longe Pindarus princeps spiritus magnificentia, sententiis, figuris, brevissima rerum verborumque copia, & veluti quodam eloquentiae summe; propter quae cum Horatius credidit nemini imitabilem.*

Haec

Haec verba videtur *Quintilianus* hausisse ex libro *Dionysii Halicarnassensis*, de examine verborum, ubi dicit, *Pindarum in verborum & cogitationum delectu esse admirabilem; habere eum majestatem, harmoniam, copiam, ordinem, & singularem in dicendo vigorem; idque magna quadam & vehementi cum vi conjunctum; est ubique temperatum jucunda dulcedine; nec non admirandum eum esse de sententiis, efficacia, figuris, apto in exprimendis moribus habitu, amplificationibus, elocutione, & ante omnia propter morum illam in scriptis suis honestatem, atque inibi elucentem temperantiam, pietatem, animique magnitudinem.*

Videtur iste auctor exactissime *Pindari stylum & genium* pernovisse: nihil enim praetermisit eorum, quae observari possent in operibus ejus, ubi sublimitas, de qua *Longinus*, maxime est conspicua. *Horatius* ait,

*Multa*

*Multa Dircaeum levat aura Cygnum,  
Tendit, Antoni, quoties in altos  
Nubium tractus.* —————

Athenæus quoque numquam de Pindaro loquitur nisi hoc mactans eum titulo, ὁ μεγαλοφωνότατος Πίνδαρος.

Caeterum non possum, vir Illustris, quin tecum agam de nonnullis Pindari locis, quos numquam nisi magna cum affectione legi; exempli gratia, ubi describit gaudium, quod bono Æsoni incescit post agnitum suum filium Jasonem, quod eum tam bene curatum, nec macie confectum vidit, postquam eum pro mortuo jam deplorasset,

Τὸν μὲν εἰσελ-

Θόντ' ἔγνω ὀφθαλμὸς πατρός  
Ἐκ δ' ἄρ' αὐτῆ πομφόλυξαν  
Δάκρυα γηραλέων βλεφάρων·  
Ἄν περὶ ψυχάν, ἐπεὶ  
Γάθησεν ἐξάιρετον  
Τόνον ἰδὼν κάλλιπον ἀνδρῶν.

aut

aut ubi egregium Antilochi factum narrat, qui pro salute patris non dubitasset mori;

Ὅς ὑπερέφθητο πατρός.

Et ubi narratio ejus adeo profecto est tenera & afficiens, ipsaque descriptio adeo vivida, ὥστε μηδὲν ἡμῖν διαφέρειν γινόμενα τὰ πράγματα ἢ λεγόμενα ὄραν, ut ait Dionysius Halicarnassensis. Nullus est qui miseri Nestoris causa non tremiscat, quando ille laborans in curru conspicitur, ob vulnus unius equorum derentus, & pressus à Memnone, intentante cuspidem. Sed & quis eodem tempore non sentiat simul gaudium & dolorem, videns Antilochum ita animose hosti se opponentem, & pro Patris vita morientem?

Μένων δ' ὁ θεῖος ἀνὴρ πρίατο μὲν θανά-  
Τοιο νομιδᾶν πατρός: ἐδό-  
Κηθεν δὲ τῶν πάλαι γενεᾷ ὀπλοτέροισεν  
Ἔργον πελώριον τέλεσας  
Ἰππᾶτος ἀμφὶ τοκεῦσιν ἐμμεν πρὸς ἀρετᾶν.

Ecquid

3<sup>to</sup> BLONDELLI COMPAR.

Ecquid dulcius potest fingi eo,  
quod de ortu Aristaei profert? Ho-  
rae, inquit, hoc infante in gremium  
sumpto, guttatim in ejus labra defun-  
dent nect̄ar & ambrosiam,

Ταὶ γ' ἐπίγυθ' ἴδιον  
Θημάμεναι βρέφος αὐταῖς  
Νέκταρ ἐν χεῖλεσσι, καὶ ἀμ-  
βρόσιον εἴχοισι.

Vide qua copia laudet Rhodiorum in  
sculpendo excellentiam? Strata via-  
rum, inquit, erant plena operibus vi-  
vere atque incedere visis,

Ἔργα δὲ ζωῶσιν ἔρπον-  
Τεσσὶ θ' ὁμοῖα κέλευθοι φέρων.

Qua verborum vi describit urbis cu-  
jusdam direptionem? quando dicit,

Καὶ μὲν  
Ξεναπάρας ἐπειῶν βασιλεὺς ὄπηθεν  
Οὐ πολὺν, ἴδε πατρίδα πολυκτέανον  
Ἵποσερεῶ πυρὶ πλάγαῖς τε σιδάρε  
Βάθρον εἰς ὄχετον ἄταις ἵχοισαν ἐὼν πόλιν.

Quam

PINDARI & HORATII. 321

Quam belle senis cujusdam describit  
gaudium ob natum sibi filium, qui om-  
nium suarum divitiarum posset esse  
haeres,

Ἐπεὶ πλώτος ὁ λα-  
χῶν πομένα ἐπαυτὸν ἀλλότριον συγε-  
ρώτατος.

nec non Athletarum pudorem & tri-  
stitiam, qui ludis Pythicis essent vi-  
cti,

Τοῖς ἔτε νόσος ὁμῶς  
Ἐπαλπνος ἐν πυθι-  
Ἄδι κρήνη εἰδὲ μολόντων,  
Παρ' ματέρ' ἀμφὶ γέλωτος  
Γλυκὸς ὄρσεν, χάρι' πάντα λάουρας  
Δ' ἐχθρῶν ἀπάρορι πτώσσοντι  
Συμφορᾷ δεδαυγμένοι.

Descriptio, qua ignem describit  
Aetnae montis, habet divinum quidē

Υ

Τῶς

Τὰς ἐρεῦγονται μὲν ἀπλά-  
 Τῆ πυρὸς ἀγνόταται  
 Ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοί  
 Δ' ἀμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνῷ  
 Ἄϊθων· Ἄλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας  
 Φόμισσα κολινοδομένα Φλόξ ἐς βαθεῖ-  
 Ἄν φέροι πόντε πλάκα σὺν κατάγω.

Id quod imitatus est Virgilius in ter-  
 tio *Aeneid.* his verbis :

— Sed horrificis juxta tonat  
*Aetna* ruinis;  
 Interdumque atram prorumpit ad  
*Aethera* nubem,  
 Turbine fumantem piceo & canden-  
 te favilla,  
 Adtollitque globos flammarum, &  
 sidera lambit:  
 Interdum scopulos, avulsaque vi-  
 scera montis  
 Erigit eructans, liquefaëtaque se-  
 xa sub auras  
 Cum gemitu glomerat, fundoque ex-  
 aestuat imo.

Est

Est hic locus unus ex iis, cui Pha-  
 vorinus apud Agellium dicit ultimam  
 Virgilio manum deesse, & ubi multa  
 existimat eum fuisse emendaturum,  
 sed imprimis in eo, quod imitari volens  
 Pindarum, *ejusmodi sententias & ver-  
 ba molitus est, ut Pindaro quoque i-  
 pso, qui nimis opima pinguique esse  
 facundia existimatus est, insolentior,  
 hoc quidem in loco, tumidiorque sit.*

Operae quoque pretium est videre,  
 quod Pindarus de Fortuna dicit;

Σώτειρα τύχα,  
 Τὴν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θεαί  
 Νᾶες, ἐν χέρσῳ τελαιφηροὶ πόλεμοι  
 Καγοραὶ βελαφόροι.

Tum ubi de gratiis loquens ait:

Σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τεργνῶ, καὶ τὰ γλυκεῖα  
 Γίνεται πάντα βροτοῖς,  
 Εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἰ τις ἀγλαὸς  
 Ἄνθρωπος.

Hos de fortuna versus proxime imita-  
 tus est Horatius in oda

X 2

O Di

324 BLONDELLI COMPARI

O Diva gratum quae regis Antium,  
nec non illos de Gratiis, quos Musis  
adtribuit in oda.

Descende coelo, & dic age tibia.

aeque atque egregium hunc Pindari lo-  
cum;

Τῶν δὲ πεπραγμένων  
Ἐν δίῳα τὲ καὶ παρὰ δίῳαν  
Ἀποίητον εἰδ' ἄν  
Χρόνος ὁ πάντων πατήρ  
Δύναιτο θέμει ἔργων τέλος.

Quae adeo feliciter reddit hoc modo;

Cras vel atra  
Nubé polum, Pater occupato,  
Vel solé puro: non tamen irritum  
Quodcumque retro est efficiet, neque  
Dissinget, infectumque reddet,  
Quod fugiens semel hora vexit.

Et

PINDARI & HORATII. 325

Et sexcenta alia egregia loca, unde  
Horatius & Virgilius sublimes & divi-  
tes suas sententias hauserunt, quasi  
abrepti alterius enthusiasmo, non se-  
cus, ut Longinus ait, ac sacerdos A-  
pollinis in sacro tripode plena est spiri-  
tu hujusce Numinis.

Mulrum sane temporis desiderem, si  
Pindari opera fuscé pertractare velim,  
& de dictionum ejus gravitate, de sen-  
tentiis, de figuris, & praecipue de  
Hyperbato, de Metaphora, Allego-  
ria, Hyperbole loqui; quae cogita-  
tiones ejus reddunt adeo foecundas,  
non minus quam pulchra haec verba  
ἀελλόπεδες, ἀκαμαντόποδες, quae relin-  
quunt in nobis efficaces celeritatum  
ac levitatum, de quibus loquitur, i-  
magines.

Id modo dicam, quod habet Quinti-  
lianus Lib. X. cap. 8. de hyperbole;  
exquisite figuram hujus rei deprehen-  
disse apud principem Lyricorum videor  
in libro, quem inscripsit ὕμνος; is nam-  
que Hercules impetum adversus Mero-  
pas, qui in insula Cò dicuntur habi-



326 BLONDELLI COMPAR.

*tasse, non igni, nec ventis, nec mari, sed fulmine dicit similem fuisse, ut illa mirra, hoc par esset.*

Tum id, quod habet Dionysius Halicarnassensis in libro de Demosthenis eloquentia, ubi agit de Pindaricæ dictionis severitate: istic, postquam satis fuse explicuisset, quæ esset austera, & vetus harmonia, concludit hunc in modum; *Æschyli stylum inter poëtas Tragicos, Pindari vero inter Lyricos satis magnam ejus harmoniæ exemplorum segetem præbere.*

Idem auctor in Libro de verborum dispositione ait, *sufficere Pindarum inter poëtas, Thucydidem inter historicos nominasse, quoniam hi sint, qui satis feliciter hac harmonia sive austera sermonum structura sint usi. Initium igitur faciamus, inquit, ab hoc Pindari dithyrambo.* Tum post productos hujus poëmatis versus adjungit: *Nemo non videt verborum horum vim, nervos, sententiam, gravitatem, maximam severitatem, quæ se effert, & quasi properat sine taedio, nec non opido jucunde aures afficit.* Hæc

PINDARI & HORATII. 327

Hæc sunt illæ Pindaricæ elegantiae, ob quas in Anthologiae epigrammatibus appellatus fuerit mox,

Ευφώνων περιδων πρόπολος.

deinde:

Πιέρικα σάλπιγγε τῶν εὐαγεῶν βαρ-  
"Υμνων χαλκευτάς.

Id quod ansam dedit dicendi, *Lyram ejus tanto clariorem, & sonantio-riorem esse prae caeteris Lpris, quanto buccinam prae tibiis:*

Νεβρέων ὄπρσον σάλπιγγε ὑπερίαχεν  
αὐλῶν,  
Τόσσον ὑπὲρ πάσας ἐπραγε σείο χέλυς.

Hinc Horatius:

*Monte decurrens velut amnis, imber  
Quem super notas aluere ripas  
Fertur, immensusque ruit profundo  
Pindarus ore.*

Et Longinus, *Pindarum prae dicendi  
vehementia nonnumquam videri omnia  
auferre, & secum rapere.*

Verum est, eundem Longinum ad-  
dere, *hanc vehementiam aliquando  
pessime languescere, atque infeliciter  
concidere*; Id est, inter multas magnas-  
que Pindari pulchritudines dari naevos,  
quos notarunt critici, quorum eos,  
qui maxime sint insignes, hic memora-  
bimus.

Primus est verborum tumor iste, ac  
perpetua sententiarum sublimitas, cre-  
braeque & nimiae hyperbolae, ut pau-  
lo supra animadvertimus, ubi agere-  
mus de Phavorini super Virgilio judi-  
cio, dicentis: *Pindarus nimis opima  
pinguique esse facundia existimatus est.*

Revera sunt in Pindaro locutiones  
adeo audaces, adeo ab usu nostro re-  
mota, ut paulo propius inspectae ne-  
queant non videri ridiculae; veluti  
cum supra modum laudasset aliquem  
athletarum, verereturque, ne forsan  
nimium de eo dixisset, ait:

Μη

Μη βαλέτω με λίθω τραχεῖ Φθόνος.

Et quum de Athleta quodam victore  
vult loqui, ait, *eum cecidisse in au-  
reum victoriae gremium,*

Χρυσέοις ἐν γένωσι πιτυῶντα νίκας.

Nec fecus, ubi de homine quodam lo-  
quutus, qui ludis Olympicis vicerat,  
oppidi cujusdam conditore, Jovisque  
augure, ait;

Ἴσω γὰρ ἐν τῆτῳ πεδί-  
λω δαιμόνιον πόδ' ἔχων  
Σωσράτῃ υἱός.

Et nonnulla id genus alia, quae, ut  
dixi, longissime ab nostro sublimi di-  
stant. Neque aliam possemus redde-  
re rationem, quam ipsius temporum  
morem, sensum & genium. Omnia  
autem Pindari velle hac ratione dam-  
nare, id vero, mea sententia, foret  
nimis temere grassari, & agere uti illi-

X 5

το

solent, qui, numquam urbe sua egressi, nullum sine risu ferunt peregrinum habitum.

Quae praeterea in Pindari operibus improbantur, sunt immodicae ejus digressiones, sive παρεμβάσεις, quae saepissime tam parum faciunt ad ipsum odes argumentum, ut videantur aurei panni frustra vili lanae adsuta.

Hic meminisse oportet, quae antea diximus, Pindarum proposuisse sibi laudes hominum, vulgo tam parum laudis meritorum, ut nihil haberet, quod de iis diceret, & adeo aliunde arcessere debuerit, quo spiritum sumeret; quoniam miseri illi, quos laudabat, Athletae longas odas pro pecunia, quam impenderent, poscebant. Atque hinc Pindari artificium praecipue apparet, quo sciverit, ut ait, multa & grandia dicere de argumentis pusillis:

Βαυὰ δ' ἐν μακροῖσι ποιῶλλειν.

Id quod appellat *eff. Etiam ingenii non mediocris:*

Ἀκροῖ

Ἀκροῖ σοφοῖς.

Ad haec oportet me id quoque dicere, quod alias mihi in mentem venit, videlicet probabile esse, Pindarum per commodum suum condidisse omni genere carminum varia in Deorum & Heroum laudes opera: eumque, quoties victor aliquis Athleta rogaret oden; quaesivisse in compositionibus suis aliquod maxime proprium, & ad laudes ejus, qui laudandus esset, accommodatum, sive à patria, sive à loco victoriae, à formae pulchritudine, aut aetate; vel denique ab alia qua re, quae posset inferuire connexioni ad colliganda, quae praeparaverat, cum iis pauculis, quae tunc super suscepto argumento comminisci posset.

Interim transitiones ejus sunt adeo concinnae, ut artificium ejus ne appareat quidem; id quod ipse pluribus in locis fatetur: exempli gratia, in fine longae hujus & admirabilis Argonautarum

tarum narrationis, quae est in quarta Pythionicarum, ubi ait;

Μακρά μοι νεῖσθαι κατ' ἀμαξίτον ὤ-  
Ρα γὰρ συνάπτει; καί τινα  
Οἶμον ἴσαμι βραχύν,  
Πολλοῖσι δ' ἀγῆμαι σοφίας ἐτέροις.

Et alio in loco:

Πολλά μοι ὑπ' ἀγῆ-  
Νος ὤκεια βέλη  
Ἐνδον ἐντὶ Φαρέτρως  
Φωνᾶντα συνετοῖσιν' ἐς  
Δὲ τὸ πᾶν Ἑρμενέων  
Χατίζει.

Notantur quoque vitia quaedam Chronologica in Pindaro, veluti quando Pelopem ab Neptuno in Jovis palatium raptum narrat;

Ἐνθα δευτέρῳ χρόνῳ  
Ἦλθε καὶ Γανυμήδης.

Pro quo dicere oportuerat,

Ἐνθα

Ἐνθα πρωτέρῳ χρόνῳ;

Quoniam Ganymedes longe antiquior est Pelope secundum generationum numerum, quem refert Diodorus Siculus, qui ait, *Parin fuisse Priami filium, hunc Laomedontis, cujus pater fuerat Ilus Ganymedis frater; Et alio in loco, Menelaum fuisse Atrei filium, cujus pater fuerat Pelops.* Ubi observandum, quum Paris & Menelaus fuerint aequales, nec nisi duae fuerint generationes à Menelao ad Pelopem, tres autem à Paride ad Ganymedem, oportuisse, ut hic multo fuerit antiquior altero, & adeo Pelops ab Neptuno diu post fuerit raptus, quam Ganymedes ob pulchritudinem raptus fuisset à Jove, quae pulchritudo auxilio Veneris fecit, ut importuna mors abstinerit à Ganymede;

Ἄτ' ἀναί-

Δέα Γανυμήδι θάνατον ἀλάλκῃ  
Σὺν Κυπρογένει.

Παύτ'

334 *BLONDELLI COMPAR.*

Pausanias in Achaicis notat alium Pindari parachronismum, ubi ait, Pindaro minus fuisse ea cognita, quae adtinerent ad Dianam Ephesiam, quum ab Amazonibus affirmarit templum esse Ephesi conditum tunc, quum arma inferrent Atheniensibus & Theseo, quum hocce, inquit, templum multo esset vetustius, quam ipsum illud tempus, quo Iones transiere in Asiam. Verum quidem esse, Amazonas bellum contra Thesea suscipientes rem divinam huic Deae fecisse, prorsus uti fecerunt, quum se servassent è bello Herculeo; quin immo Amazonas jam dici ante ista tempora, & cum persequeretur ipsas Bacchus, in istud templum fugisse; non tamen eo ipso statui posse, templum istud ab eis fuisse conditum.

Quod si Pindari ἄριστοι superessent, videremus sane, verumne sit id, quod dixit Dionysius Halicarnassens, Simonidem multo feliciorum fuisse Pindaro in tristibus & lugubribus argumentis, quia non doleat, ut noster, dictionibus grandibus & inflatis, sed quam lemissime

*PINDARI & HORATII.* 335

me ad commovendos affectus. Verum quum ista opuscula non existent, oportet acquiescere in iudicio & auctoritate Dionysii hujus.

Video esse, eosque doctos, quibus minus placeat initium primae Pindari odes,

"Ἀριστὸν μὲν ἔδοξεν,

quique non probent, cum debuisset instituire comparationem maxime sublimem, cum usum fuisse comparatione aquae, quae nimis sit vilis & humilis, quam quae magnitudinis quamdam formet imaginem. Quae de auro sequitur, hanc, ajunt illi, excusat auri aviditas, qua tenebatur. At non intelligunt, in quo solem inter & aquam conveniat ita, ut jungi possint. Quae sane reprehensio non abhorret à verisimilitudine, siquidem more nostro, & ut nunc judicamus, rem consideremus.

Haec tamen objectio non videbitur magis facienda, si cogitemus, Pindari

darum

336 BLONDELLI COMPAR.

darum odem suam misisse in Siciliam ad Syracusarum Tyrannum, ubi Empedoclis doctrina vigebat, qui per eadem tempora istic reddiderat se immortalem per opera sua, vitam, & voluntarium prolapsum in Ætnae montis fornaces. Erat namque inter Philosophi dogmata & hoc, nimirum: *aquam esse omnium naturae operum causam, & originem.*

Itaque Pindarus aliam non potuit usurpare similitudinem feliciorum, neque magis efficacem, quam de aqua, ut magnum quid, ac sublime suggereret Siculis, qui elementum hoc pro principio vitæ suæ & τῆ εἶναι habebant.

Habes, vir Illustris, vitia, quæ in Pindaro potuere improbari, quæ sunt

*Velut si  
Egregio inspersos deprendas corpore  
naevos,*

*qui naevi mea sententia non efficiunt  
aliud*

PINDARI & HORATII. 337

aliud in admirabilibus ejus operibus, quam quod umbræ in picturis, quæ illustrant & splendorem dant coloribus, velut dicit Longinus Capite XXVIII; Ὡς καὶ ἐν Μουσικῇ διὰ τῶν παραφώνων καλεμένων ὁ κύριος φθόγγος ἡδίων ἀποτελεῖται.

*Talia, ut vere dicam, necessario consequuntur ex hac cogitationum & dictionum sublimitate, quæ, eodem auctore judice, nunquam omnino potest esse pura; atque ubi, veluti in magna divitiarum copia, etiam invito necesse est omittere, nonnihil; nam ut recte Horatius,*

*Exilis domus est, ubi non & multa  
supersunt,  
Et dominum fallunt, & profunt  
furibus.*

Hos negligentiae appello errores. Sic enim appellandi sunt Pindari errores, qui nunquam impedituri sunt, quominus semper sit

*Laurea donandus Apollinari,*

Y

& re

338 *BZONDELLI COMPAR.*

& reportet praemium prae Poëtis Lyricis; licet nonnulli sint, quorum stylus sit aequabilior, ac minus imperfectus: haec enim styli aequabilitas non posset comparari cum excelsa vi; nonnihil licet inaequali, styli Pindarici.

Id quod Longinus egregie demonstrat, ubi, postquam instituisse tamen vitiorum Homeri, dixissetque Apollonium in Argonauticis vitio carere, exclamat, rogans, *num quis malit esse Apollonius quam Homerus; Bacchylides quam Pindarus, vel Ion Chius quam Sophocles? Tamen, pergit ille, priores isti sunt omnibus numeris absoluti, neque offendunt usquam in operibus suis, quum contra hi nonnumquam concidant prae vehementia illa, qua feruntur, nescientes se, uti velint, regere.*

Ubi observo, Longinum hos tres Heroas in poësi Graeca, Homerum, Pindarum & Sophoclem, summo cum iudicio conjungere, veluti tres in suo quorumque poëseos genere, Epico,  
Lyri-

*PINDARI & HORATII.* 339

Lyrico, & Tragico, coryphaeos, & tamquam eos, qui ex mente Aristotelis in poëtica, *maxime sublimia ceperunt argumenta, eaque oppido magnifice sunt persecuti.*

Jam nunc veniamus ad opera Horatii, qui reliquit nobis quatuor odarum libros, unum Epodon, duos Satyrarum, duos item Epistolarum, & unum de arte poëtica ad Pisones. Odas appello *carminum libros*, quoniam vocabulum *carmen* latinum respondet Graeco μέλος. Nam Graeci poëtas Lyricos vocant μελοποιός sive μουσποιός.

Grammatici quidam crediderunt, vocem *Epodon*, quam & *clausulares* vocant, nomen suum accepisse à verbum, qui in omnibus hujus libri partibus reperiuntur, inaequalitate; quoniam Graeci Lyrici *Epodas*, sive *clausulas*, nominant parvos concisos versus, majoribus subjectos. Alii nonnulli, videntes harum odarum praestantissimam, quae est in Canidiam, non agere nisi de incantationibus, quas Graeci

340 *BLONDELLI COMPAR.*

dicimus *Epodas*, nomen hoc ab ista ode ad totum omnino librum potuisse transire, existimarunt. Alii denique crederunt, *hunc librum fuisse vocatum Epodon*, quasi ἐπὶ τῶν ᾠδῶν, ac si fuisset compositus post, aut, si ita loqui licet, esset priorum odarum *appendix*, *accessio*, *mantissa*. Sunt, qui *carmen saeculare* ex caetero librorum corpore tollunt, & ex eo separatum opus faciunt. Duo Satyrarum Libri nomen habent ex eo, quod Horatius dicit;

*Sunt quibus in Satyra videar nimis acer.* —————

Hos quoque vocat *Sermonum* libros ea de causa, quod, quum sint colloquia, auctor loquatur

*Sermoni propiora.*

Deest nobis aliquid in Epistolis; licet sint exemplaria, in quibus lacuna non

*PINDARI & HORATII* 341

non apparet, eo quod caput unius epistolae cohaeret caudae alterius; at sensus communis fati indicat, utrumque esse imperfectum. Quae scripta est ad Pisones *de arte Poetica*, cujus maximam partem ex Pariano quodam Neapolitano hausit auctor, est opus perfectum. Liber iste à Fabricio dispersitus fuit, qui praecepta hic illic sparsa in hoc Horatii opere, in certum quemdam ordinem redegit.

Vides ex his, Domine, multo amplio rem argumentorum in operibus Horatii, quam Pindari esse aream; ob rationem, quam supra retulimus, videlicet, quod maxima operum Pindari pars periit; & quod in his, quae restant, apparet, eum fuisse coactum, sese singularium hominum laudibus detinere; cum contra Horatio licuerit materiam quamque ingenio suo & naturae, qua utebatur, maxime convenientem eligere.

Satis scio quam plurima, ad ejus laudes comparata, de ipsius operibus esse dicta, & clarissimos quosque tum



342 BLONDELLI COMPAR.

veteres, tum nostros homines illustribus eum ornasse testimoniis. Sed nimis sum, si heic loci velim omnia referre, quare satis habebō id dicere, quod Quintilianus cogitavit, cujus auctoritatem me iudice oportet esse idoneam.

Ac primum quidem, quod adinet ad Satyras, praefert eum multum Lucilio; ait enim: *multo est tersior Lucilio, ac purus magis Horatius, & ad notandos mores praecipuus.*

De Epodis: *Jambus non sane à Romanis celebratus est ut proprium opus, à quibusdam interpositus, cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quamquam illi Epodos intervenire reperiatur.*

Ubi vides eum appellare Epodas, quod alii nominarunt *clausulas*, nempe, breves eos versus, grandioribus intermixtos, quos appellat *Jambicos*; sed in odis sive Lyricis praefert eum omnibus, qui id genus tentarunt: *At Lyricorum idem Horatius fere solus legi dignus; nam, & insurgit aliquando,*

PINDARI & HORATHI. 343

*do, & plenus est jucunditatis, & gratiae, & variis figuris, & verbis felicissime audax.*

Jejunum foret nihil ad hoc judicium addere, quod Horatium non solum tollit supra omnes eos, qui in eo genere elaborarunt, sed quod ad ipsam ejus virtutum arcem pervadit. Videtur mihi velle dicere, Horatium egisse de omni materia, quae Lyrico possit tractari, idque ab eo divinum in modum fuisse praestitum; cum in magnis argumentis fere ad id fastigium, ad quod Pindarum, ascendisse, sed multo melius fuisse executum, magisque aequabiliter, ita ut numquam conciderit, ut videre est in his egregiis odis;

*Descende coelo, & dic age tibia.*  
\* \* \* \* \*

*Coelo tonantem credidimus Jovem.*  
\* \* \* \* \*

*Odi profanum vulgus, & arceo.*  
\* \* \* \* \*

Eum in stylo mediocri habere haut imitabiles veneres, ut in hac ode, qua tantopere affectus fuit Scaliger;

*Quem tu Melpomene semel &c.*

aut in hac alia;

*Non usitata nec tenui ferar &c.*

Sunt severiores, velut haec;

*Intactis opulentior.*

\* \* \* \*

*Thyrrena Regum progenies.*

\* \* \* \*

*Delicta majorum immeritus lues.*

\* \* \* \*

En eam, in qua mihi videtur furore plenus esse, & quales odas Longinus diceret *λίαν φοιβασιμὰς*;

*Quo me Bacche rapis?*

\* \* \* \*

*Quo*

*Quo quo scelesti ruitis?*

\* \* \* \*

Sunt & aliae, quas ipsae videntur distasse Graciae;

*Ulla si juris tibi pejerati.*

\* \* \*

*Nox erat, & coelo fulgebat luna sereno.*

\* \* \*

Paulo supra locutus sum de iis, quibus amores continentur, item de Satyricis; sed & earum dulcedinem, quarum argumentum est triste ac lugubre, facile possem laudare, veluti quae est ad Maecenatem;

*Cur me querelis exanimas tuis?*

Qualis & illa ad Virgilium de morte Quintilii Vari;

*Quis desiderio sit pudor, aut modus?*

Y 5

Act

Atque, ut verum fatear, nihil in Horatio non pulchrum comperio, neque umquam eum lego, quemcumque in locum inciderim, quin mihi videatur novus, atque ubi non detegam pulchritudines ac veneres, haut ita ante perspectas.

Et sane odae sunt ista operum Horatianorum pars, in qua copiam juxta & sublimitates sunt admirabiles, item sententiarum ubertas, dictionis audacia, sermo purus & castigatus, atque infinitis partibus prae stylo Pindari emendatior. Sed & Horatius vivebat eo saeculo, quod ejusmodi figuras insolentiores non ferebat, ac proinde licuisset dicere id, quod Martialis longo tempore post dixit;

*Nobis non licet esse tam disertis,  
Qui Musas colimus severiores.*

Ejus sententiae adeo multae & efficaces sunt, eaque verborum majestate succinctae, ut non possint non quemvis afficere; & profecto passim videre est

est id, quod diximus supra, eum distasse ingenium suum nitidissimis quibusque luminibus, quae tum ex bonorum librorum lectione, tum cultorum hominum sermonibus arcessi queant, quibus fortunis caruit Pindarus.

Satyrae & Epistolae ejus non sunt stylo adeo erecto, ut odae: contra videtur se data opera deprimere, ut dicit, *extenuantis eas consulto*, ut faceret, quo versus sui viderentur esse *sine nervis*.

In quo sane limatissimum ejus iudicium sese exserit supra omnes eos, qui Satyras scribere tentarunt. Nam ut ego quidem censeo, non ii, qui sesquipedalia verba proferunt, neque qui maxime clamant, propterea maxime afficiunt. Eum prae caeteris scriptorem amo, qui ratione agit, & nobiscum familiariter ludit, ut Persius de Horatio nostro dicit,

*Admissus circum praecordia ludit.*

Qua-

348 *BLONDELLI COMPAR.*

Quare non satis mirari possum Scaligeri iudicium, qui illi praeferat Juvenalem, cujus versus sunt, ait, *longe meliores, quam Horatii; sententiae acriores, phrasis apertior.*

Refero hoc ad subtristem ejus naturam, qui nihil ridere poterat, qui longa consuetudine didicerat latrare, & injuriosus mordere. Verum quid ego miror & stupeo, quod voluit offendere ad Horatium Scaliger? Scaliger, inquam, qui ne Euclidi & Archimedi quidem pepercit, ut quorum crediderit se notare posse paralogismos; sed eo cum successu, vel potius pudore & dolore, quo nemo non novit. Quod vero alicubi dicit, *Juvenalem ardere, Persium jugulare, Horatium irridere*, est paulo sanius, quamquam vetus aliquis Horatii commentator dixit, Satyras ejus fuisse veluti medias inter Lucilii & Juvenalis; *nam & asperitatem, inquit, habet, qualem Lucilius, & suavitatem, qualem Juvenalis.*

*Doleo* Scaligeri auctoritate sub-  
ver-

*PINDARI & HORATHI.* 349

versum esse Lipsium, qui postquam consenserat, multos homines aegre ferre, quod Scaliger Juvenalem Horatio praetulisset, addit: *At ille, me iudice, inter multa certi & elegantis iudicii, nihil verius protulit.* Neque mihi satis placet honorificum testimonium, quo alibi prosequitur Horatium, dicens, *placidus est, lenis, quietus, monet saepius quam castigat, sed ita praeclare tamen hoc ipsum, ut in ea parte & arte nihil possit supra eum.* Etenim, meo iudicio, est more & captu Belgarum & Hollandorum iudicare de suavitate atque elegantia morum; si quis dixerit, ut ille alicubi; *Hoc ipsum maxime Satyrae proprium videtur, tangit vitia, objurgat, in-clamat, raro jocos, saepius acerbos sales miscet.*

In Satyris certe Horatius exprimit quidquid optimum Philosophiae studio didicisset. Non satis habet, ut Juvenalis facit, idemtidem irasci, sed contra, *ridendo verum detegit,*

————— *Ridendo dicere verum*  
*Quid vetat?* —————

Orationis vi demit imposturae & Hypocrifeos larvam, quae vi ac vehementia ubique decora est, & ab ingenio prorsus sano ac defaecato profecta.

Narrationes ejus in Satyris sunt admirabiles, ac descriptiones argutae & delicatae. Inprimis delector Satyra nona libri primi. Citra taedium lego & relego amantis istius descriptionem, qui deliberat, reversurusne sit ad Amicam suam, quae ipsum, ante exclusum, ultro accersit: quam descriptionem Horatius pene ad verbum hausit ex Terentii Eunucho. Descriptio militis Luculliani, nec non Moenae Vulteï, item incantationum Canidiae octava libri primi, magnam meretur admirationem. Omitto argutissimas narratiunculas ex Aesopi fabulis petitas, veluti de equo & cervo, de ranis, de mure domestico & oppidano, aliasque descriptions multas, quae usque adeo sunt

*PINDARI & HORATII* ¶¶

sunt venustae, ac leni fluentes flumine, ut sine stupore intueri possit nemo. Oporteat omnia hic ejus opera transcribere, si omnia loca, quae laudari merentur, referre velim.

Noli tamen putare, nihil hic esse quod minus placeat Criticis; quod ad me adtinet, si fas sit, dicerem Horatium mihi videri prolapsum in id vitii genus, quod Longinus appellat *καπέδουπον* in his versibus, qui occurrunt in Epistola de arte Poëtica ad Pisones;

*Debemur morti nos, nostraque; si-  
 ve receptus*  
*Terra Neptunus Classes aquilonibus*  
*arcet,*  
*Regis opus: sterilisve diu palus, a-  
 ptaque remis*  
*Vicinas urbes alit, & grave sentit*  
*aratum:*  
*Seu cursum mutavit iniquam frugi-  
 bus annis.*  
*Doctus iter melius.*

Et

berii non tangatur? Horatii iudicium sine iudicio est. Lipsius non minora dicit, affirmans, neque praeter rem se amare elegantes & urbanos Plauti scabros; nec Venusini illius aliter censentis versus umquam sine indignatiuncula legere. Vide & Turnebi vernilem jocum super hisce iisdem: In huius Plauti salibus aestimandis accedo potius sententiae veterum ingenuorum Romanorum, quam Flacci, Venusini hominis, Libertino patre nati. Vult dicere Horatium forsan sua opinione non satis intellexisse linguam Latinam, quod non esset Romae natus, & patrem haberet Liberti filium.

Haec sane docti Heinsii sententia non est, qui de Horatio loquens ait; Vernas ejus melius de Plauto iudicasse, quam qui nunc familiam in litteris tueri hac aetate creduntur; & qui nec saeculi, quo vixit, & quo cum Poësis, tum Latina lingua ad supremum culmen ac fastigium evecta fuit, ignorare potuit iudicium, vir tantus, & quod rei caput arbitrator, principibus  
qui

qui inter se quotidie de iis iudicabant, intime familiaris & amicus.

En alium, qui dicit, Horatium de Plauto non locutum fuisse, nisi per invidiam. Hic est Janus Parthasius: Ingenio, inquit ille, Plautus fuit perurbano, & maxime festivo, quod non absque suspitione livoris elevatur ab Horatio.

Quid ergo impulit Horatium, quo ita abjecte & contemptim de Plauto loqueretur? de Plauto inquam, qui à veteribus adeo fuit laudatus, & in quo adeo pulchra & lepida reperiuntur. Proficiscine id potuit, ut ait Petrus Victorius, à iudicio depravato? quod amissus magna ex parte tunc foret lepos Latini sermonis, ac puritas illa venustasque inquinata. Ego vero tale quid dicere non ausim, quippe quae injuria foret facta saeculo omnibus modis longe venustissimo, politissimo, & cultissimo omnium saeculorum, quotquot & praecesserunt & infecta sunt.

Sed nec causa petenda est ab inge-

ais moribusve duorum horum poëtarum diversis, ut fecit Famianus Strada, qui dicit Horatium fuisse *iracundum & taciturnum, Placetum contra garrulum & facetum*; quum multo facilius possimus Horatium dicere *leporem omnium parentem* ob infinitum amabiliū urbanitatum numerum, quibus poësis ejus condita est; unde factum, ut Augustus eum *lepidissimum homuncionem* appellarit.

Hoc Horatii judicium potius adtribuendum sensui & palato saeculi sui, quod verniles jocandi modos oderat; nam ut idem Strada; *decorum Horatiani saeculi à liberiori ac populari genere jocandi abhorrebat.*

Neque vero credibile est, Horatium data opera scriptorem tanti nominis, quanti Plautus est, reprehensurum fuisse, si politissimi quique ac docti aliud censuissent: Sane intelligentior erat ac sapientior, quam ut sententiam adeo audacem mordicus tenuisset, si quidem nescivisset in eandem & alios fore pedibus ituros.

Sed

Sed nec miraculum sit, sicui, afflueto pulcherrimos versare numeros Lyricos Sapphus, Alcmanis, Alcaei, Stephori, aliorumque Poëtarum Graecorum, quos Horatius ita feliciter latine imitatus est, non sentiat ea venustas, eaque suavitas in numeris Plauti, modisque parum quadrantibus, quam sensere majores, aut qui suis temporibus nihil politius limatiusve viderint. Non; inquam, magnopere mirandum, quod homines viventes sub Imperatore non multum delectari solent narrationibus absurdis, argutis, coactis & longe petitis, salibus insulsis, quibus vulgus populi facile capitur in statu Democratico, quaeque Plauti utique temporibus ipsa novitate sua placebant.

Non est, opinor, quod patrociniū famae Horatii suscipiam: ea jam tum satis certa & constans erat illo, quo vixit, tempore, quum indocti melius de ejus operibus judicare poterant, quam hodie doctissimi quique Critici.

Sane Horatius usus est ea praerogativa

tiva, plane ut frui posset fama sui & posthuma de se iudicia praelibare, ut dicit idem Strada de Alexandro Farneso loquens.

Exemptus fuit è numero illustrium illorum infelicium, quos mori oportuit, quo facerent, ut pro meritis aestimarentur, quos vivos invidia depresserat, atque obscuraverat,

*Clari post genitis : quatenus heu  
nefas?*

*Virtutem incolumem odimus,  
Sublatam ex oculis quaerimus in-  
vidi.*

Et haec summa existimatio, quae usque ad nos pervenit decursu tot saeculorum, manebit non modo, ut ille dicit,

————— *Dum Capitolium  
Scandet cum tacita virgine pontifex;*

Sed quamdiu homines supererunt Latine intelligentes, & ab humanitate non alieni.

At

Atque haec fere sunt Vir Illustris quae super Pindaro & Horatio dicere habebam: in Pindaro plus est, quod ferit, quam in Horatio, & quod acrius, ut ita dicam, assurgit ad naturam divini. Opera ejus naturalem quamdam habent libertatem; sola ingenii ejus vis videtur generasse ea, quae produxit, idque sine ulla externa auxilii ope, quemadmodum & ipse de se gloriabundus dicit:

Σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς Φυῶν.

Cum contemptu de illis loquens, qui se per alios erudiri curant, qui, inquit, faciunt coryorum instar, qui inutiliter circum divinum Jovis altarem clamitant:

————— *Μαθόντες δὲ λαβροὶ*

*Παγγλωσσία κόρακες ὡς*

*Ἄκραντα γάρυσον*

*Διὸς πρὸς ὄρνιθα θεῖον!*

Id quod genium ejus in primis facit inf.

Z 4



infirmam ac sublimem, quoniam, ut ait Longinus, sublimitas nobiscum debet nasci, neque addisci potest; Γεννάται τὰ μεγαλοφυῶν, καὶ ἔδιδασκτὰ παραγίνεται.

Ast Horatius multo uberiores scientiae & cognitionis habet copiam, quam Pindarus; plus aequabilitatis, plus dulcedinis & leporis, multo minus vitii. Cogitationes ejus sunt item excellentes; ast longe castigatior, & magis pura oratio.

Non minus in dictione audax est quam Pindarus, immo saepe multo felicior. Idem illud est unum ex iis, quae plus in Horatio elucet, quem Quintilianus hac de causa vocat *felicissime audacem*, quo referas item Petronii verba, *Horatii curiosa felicitas*.

Revera, Illustrissime Domine, praeter omnia in Poëtis & Oratoribus necessaria, est felix quaedam dicendi audacia, absque qua Oratio, ut ita dicam, neque animam neque vitam habet. Haec illa est, quae rapit & quasi fas-

si fascinat lectorem, neque nisi ab ipsa natura proficiscitur.

Verum enim vero quis hanc dotem melius perspicit quam Tu Domine: Tu inquam, qui ea in sermonibus etiam familiarissimis uteris, quique non minus in dictione felix es, quam circumspectus atque accuratus in cogitationibus.

Attamen non est hic in laudes vestras exspatiandi locus, & diu satis honore tecum agendi abusus sum, ne in super te laudibus tuis onerem, & fatigem. Satis habeo liquidum dedisse documentum in eo, quod jussis tuis obsecutus Pindarum cum Horatio contuli, quanto studio & veneratione vivam,

*Illustrissime Domine;*

*Tibi Addictissimus*

**BLONDELLUS.**

JACOBI TOLLII  
POETARUM  
LATINORUM  
CUM  
GRAECIS  
COMPARATIONES.

JACOBI TOLLII  
 POETARUM  
 LATINORUM  
 CUM  
 GRAECIS  
 COMPARATIONES.

**L**ONGINI *περί Ἰψῆς* novam  
 pollicitus editionem, rogor  
 identidem ab amicis, ut eam,  
 quantum pote, maturem: aut,  
 si vel ipsa diffusae curae difficultas,  
 vel otii me literati pauperies angusta  
 retineat, specimen minimum aliquod,  
 ac veluti Gustum quendam mearum ad  
 hunc Auctorem animadversionum prae-  
 beam, atque ita desiderio suo, quod  
 explere necdum queam, ex parte oc-  
 curram. Agnovi statim & eorum er-  
 ga

366 7. TOLLII COMPAR.

ga me amorem, & consilium: & quamquam meum mihi aliquamdiu restitit iudicium, tamen illorum potius obtemperandum voluntati, quam meis parendum esse rationibus arbitratus sum. Verum haesi aliquamdiu in delectu: cumque jam de Poëtarum inter sese comparatione exhibenda decrevissem, Graecosne cum Latinis collatos, quod Graeca studia jacerent, an Latinos secum compositos, qui nunc ferme soli videntur intelligi, in arenam producere fatius foret, vixdum quivi discernere. Sed quod ipse in Graecos maxime Scriptores propendeam, utque contemtrix Graecae eloquentiae juvenus intelligat, quantis ipsa sese ad elegantiam priver adjumentis, quantamque sibi voluptatem, quae ex illo ἀεννάω τε καὶ θολερῷ ρεύματι profuente solidae eruditionis fonte percipitur, invidet, tres mihi Graecae Poëseos, Homero excepto, in suo genere principes cum totidem Latinis delegi, è quorum collatione & Longinus illustraretur, & Graecae facundiae

PINDARI & HORATII. 367

diae praestantia eluceret. Decertabant igitur hic Pindarus cum Horatio; Theocritus cum Virgilio, & Apollonius cum Ovidio: paria, uti existimo, tam bene composita, ut expectatione sui spectantium animos facile ad se converfuri sint. Prodeat autem prior Pindarus, Od. II Olymp.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι,  
Τίνα θεῶν, τίς ἦρωα,  
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;

Hos versiculos Horatius ita vertit Lib. I. Od. XII.

Quem virum, aut heros lyra, vel  
acri  
Tibia sumes celebrare, Clio;  
Quem Deum?

Nemini non è vestigio liquet; studio mutatum ordinem à Latino Poëta, quem virum acerrimi iudicii fuisse uno ore dicunt eruditi. Quid igitur? an peccavisse censendus est Pindarus, qua- si rei

si regulam non observaverit gradationis, & à potiore persona ad inferiores delapsus praecepta rhetorum neglexerit, qui turpe docent orationis esse vitium, ἐν τῶν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ ταπεινότερα ἀποδιδράσκειν? (Longin. Sect. XLII) Augeri enim debent, ajunt, sententiae, & insurgere; & aliud alio majus supervenire. (Quintilian. Lib. IX. cap. 4.) Absit, ut de summo Poëta secius opinemur. Fieri tamen nequit, quin alteruter erraverit. Sed ignoscant mihi manes Horatii, si quid in eum durius dixero. Pindarum dum studet aemulari, ceratis ope Daedalea nititur pennis. Tam difficile est aliena premere vestigia, cujus magnitudinem non assequare. Pindarus totus magnificus est, ac sublimis, atque, ut ipse se describit, Aquila ultra Oceani terminos exsiliens, πέραν πόντοιο παλλόμενος ἀιετός: (in Nem. Od. v.) (α) cui collatus Horatius,

*Ardet iter, magnique sequens vestigia mutat.*

*Heracl.*

*Herculis, & tarda quamvis se mole ferentem*

*Vix cursu tener aequat Hylas. (Statius Lib. V. Theb.)*

Ἀκρίτως igitur iudicio suo hic usus est; dum rhetorum praeceptis auscultat: & de sublimitate illa, qua velut Pegaso subvectus Pindarus primo statim impetu coelum conscendit, in praeceptis ruit. Alii forsitan aliter sentient, & sensim gradatimque in ipsum coelum escendere dicent Horatium; Pindarum vero de coelo descendere censebunt. Sed admoveamus lapidem Lydium, & hoc aurum βασανίζωμεν. Notum est illud Arati,

*Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα.*

Deorum igitur prior erat habenda ratio, quam hominum: deinde locus alter Heroibus debetur, qui post mortem in Deorum concilium admittuntur: ultimum tenent homines. Advertite igitur sinceram naturalemque in-

*Αα*

*Πιν*

Pindaro magnitudinem, quam ipsa veritas suppeditabat. Verum in Horatio Sophistica est, ficta, elaborata arte ad veri similitudinem; & consequenter ad illius fastigium non accedit. Plerumque enim ab archetypo pulchro absolutoque labitur ac decedit imitatio: nec tam facile est naturae decora aemulari, quam laudare. Hic est lapsus Horatii, & hoc in dispositione peccatum. Verum in elocutione plura sunt, quibus Horatium longo post sese intervallo Pindarus relinquit. Nam quae huic inest gravitas, inimitabili tincta lepore, atque venustate suavissima imbuta, percellit lectores simul, & allicit: ut non immerito apiculæ in ejus dormientis labris mellificasse tradantur. In hac autem, quam produximus, sententia, addita est illis duabus orationis virtutibus nativa quaedam simplicitas, atque ingenuus decor, quae singularem illi sententiae gratiam conciliant. Quid enim pote simplicius, quam quod statim suos Hymnos Poëta alloquitur, inquitens:

Ἀναξί-

Ἀναξίφορμιγγες ὕμνοι.

Ubi primum animadvertendum est grande, sonorum, ac Dithyrambicum epitheton, ἀναξίφορμιγγες, *regnantes in citharis*, excitans è vestigio & erigens phantasiam legentium ad sublimitatem, & ad maximi imperii cogitationem: praeterea ipsa compositio, uti solet, auget magnitudinem, saepe usque in vitium, ac in tumorem, quo nonnumquam laboravit Æschylus, & alias ipsi Dithyrambici male audiunt. Deinde plurali numero Pindarus usus est, qui singulari sublimior, nisi si singularis numerus corpus aliquod designaverit, ut apud Longinum è Demosthene, ἡ Πελοπόννησος ἀπαντα διεισηκει: & ex Herodoto, εἰς δάκρυα ἔπεσε τὸ θεῖον. Ac tandem sensum vitamque affingit rei, quae vita & sensu caret. Quod in elocutione mirum quantum delectat, plurimumque venustatis ac splendoris orationi confert. Sequitur:

Aa z

Tiva

Τίνα Θεόν, τίν' ἦρωα,  
Τίνα δ' ἄνδρα κελαθήσομεν;

Suavitas primum insignis est in voculis  
τίνα, τίν', τίνα, cum ob vocalem  
ἰώτα, quae plena (β) dulcedinis est, ut  
ex illo patet Aufonii mei versiculo, in  
quo novies occurrit, *Tu mihi flumi-  
neis habitatrix Nais in oris*: tum ob  
literam νῦ, de qua Quintilianus:  
*Quid? quod pleraque nos illa quasi mu-  
giente litera claudimus M, qua nullum  
Graece verbum cadit? at illi jucun-  
dam, & in fine praecipue, quasi tim-  
nientem illius loco ponunt N, quae est  
apud nos rarissime in clausulis.* Ita e-  
nim locus ille emendandus. Atqui il-  
la τίνα τίν' τίνα ipsum Latinum *tim-  
nendi* verbum exprimunt, auresque  
modulo quodam jucundissimo permul-  
cent: qui & à Platone in Phaedro  
captatus est, etiam inter jurandum:  
Ὀμνυμαι γάρ σοι, inquit, τίνα μὲν τοῦ  
τίνα Θεόν. (γ) Quare & Attici, omnis  
suavitatis promi condi, pluribus hanc  
litē

literam vocibus adsciverunt, Δημοσθέ-  
νην dicentes & Σωκράτην, cum ceteri  
Graeci Δημοσθένη, Σωκράτη. Jones au-  
tem aliquanto etiam mollius atque ef-  
feminatius absque contractione Δημοσθέ-  
νεα, Σωκράτεα dicerent. (Eustath. in  
Homer.) (δ) Illa porro figura, quae  
copulas tollit, secundo loco usurpata,  
adeo apta est & concinna, ut si quis  
addiderit copulam δέ, omnem venu-  
statem atque elegantiam è sententia su-  
stulerit, ut:

Τίνα Θεόν, τίνα δ' ἦρωα,  
Τίνα δ' ἄνδρα κελαθήσομεν;

De anaphora nihil dicam, quia figura  
est notissima, non secus ac duo illi  
meram venerem spirantes versus apud  
Virg. Georg. l. iv. v. 465:

*Te dulcis conjux, te solo in littore  
secum,  
Te veniente die, te decedente ca-  
nebat.*

Extremum est, κελαθήσομεν. Ubi ice-  
rum  
Aa 3

374 J. TOLLII COMPAR.

rum pluralis pro singulari positus est, ad sublimitatem. Vel, quod non minus dulce, communicata cum hymnis Deorum laudatio. Nunc ad Horatium transeamus.

*Quem virum, inquit, aut heroa lyra, vel acri*

*Tibia sumes celebrare, Clio, quem Deum?*

Omne mox in initio  $\delta$  tollitur litera E, quae & humilior est, & minus venusta vocalis: cum statim in  $\alpha\omega\alpha\epsilon\iota\phi\omicron\rho\mu\iota\gamma\gamma\epsilon\varsigma$  occurrant tres maxime grandes, duplex  $\alpha$  &  $\omega$ . Sequitur porro M, litera mugiens, nec non dura elisio in secundo pede; ut nihil dicam de ipsis pedibus, qui in Graeco versu acres, & magnifici, in Latino contra. Est ergo hoc principium perquam abjectum atque inficetum, *Quem virum*. Praeterquam quod à singulari numero inchoetur oratio, cum contra fiat à Pindaro. Sequitur:

— Aut

PINDARI & HORATII. 375

— *Aut heroa lyra, vel acri Tibia.* —

Laxatur magnitudo conjunctionibus hisce disjunctivis, de quibus alias plura. Sunt tamen haec valde sonora, & optimis vocalibus, consonantibus, ac pedibus constructa. Verum anaphora vix compareret, ac nullius prorsus est venustatis particeps, quod nimisquam multa verba interjecta sint; & inprimis ob istas disjunctivas, quae prius *quem* ab altero *quem*, longius quam oportuit, removent: quamquam hic defectus polyptoto, *cujus recinet jocosam nomen imago*, videtur suppleri. Illa vero dubitatio, *lyra vel acri tibia*, tenet auditorem suspensum; quo tollitur  $\alpha\phi\epsilon\delta\epsilon\iota\alpha$  sententiae: (omnis enim dubitatio torquet) multo tamen magis figura hyperbaton, qua usus est, dum sub finem sententiae demum compellat Musam, dicens:

— *Vel acri Tibia sumes celebrare, Clio?*

Aa 4

Quint



Quum statim in principio Pindaricæ sententiæ compellentur Ἀναξιφόρμυγγες ὕμνοι. Omnia porro & hic apud Horatium singularis numeri sunt, adeoque humiliora. Nihil de epitheto *acri* dicam: sed quod superest, *quem Deum?* abrupte nimis cadit vocalibus atque consonantibus minime vocalibus aut sonoris. At quam molliter apud Pindarum,

Τίνα Θεόν, τίν' ἦρωα,  
Τίνα δ' ἄνδρα κελადήσομεν;

Non tamen sine quadam majestate unacum versu sententiæ terminatur. Verum, objiciet aliquis, grandius nihilominus illud est in Horatio, quod Musam invocet potius, quam hymnos, uti Pindarus fecit. Ego contra sentio. Nam neque sic Horatius sublimitatem affectus est, & dulcedine præterea ac lepore, cujus copia floret Pindarus, excidit. Hisce *missionis* data, *par alterum succedat.*

THE

THEOCRITI  
ET  
VIRGILII  
COMPARATIO.

**A** Pud Theocritum, *admirabilem in suo genere poetam*, ut eum vocat Fabius, Polyphemus Galatheam suam compellat, deque ejus rigore atque animi duritie conqueritur. Inter alia vero & hæc studio *jaçtabat inani*:

Γινώσκω, χαρίεσσα κόρα, τίνος ἔνεκα  
Φεύγεις.

Ἄουεκα, &c.

Ἄλλ' ὧτὸς τοῖστος ἐὼν βοτὰ χίλια  
βόσκω,

Κῆκ τέτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενον γάλα  
λα πίνω.

Τυρὸς δ' ἐλείπει μ' ἔτ' ἐν θέρει, ἔτ' ἐν  
ὀπώρῃ,

Οὐ χεῖμωνος ἀπρῶ τάρσῳ δ' ὑπεραχθεῖς  
ἄϊαί.

A a s

Συρισ-

Συρίσθεν δ' ὡς ἔτις ἐπίσαμαι ὧδε Κοιλιώ-  
πων.

Τὴν, τὸ Φίλον γλυκύμαλον, ἀμῶ κη-  
μαυτὸν αἰίδων,  
Πολλάκι νυκτὸς ἄωρί.

Quae si quis ignoraverit, multo ei  
splendidiora videbuntur illa Virgilia-  
na:

*Despectus tibi sum, nec qui sim  
quaeris, Alexi:*

*Quam dives pecoris nivei, quam la-  
ctis abundans.*

*Mille meae Siculis errant in monti-  
bus agnae.*

*Lac mihi non aestate novum, non  
frigore desit.*

*Canto quae solitus, si quando ar-  
menta vocabat,*

*Amphion Dircaeus in Aetæa Ara-  
cyntho.*

At si cum superioribus conferantur,  
longe videbuntur infra Graeci carmi-  
nis dignitatem. Nam cum dicit, *De-  
spe-*

*spectus tibi sum*, primo non assequi-  
tur τὸ Φεύγεις: deinde non reddit rati-  
onem, cur despectus sit, quod fecit  
Theocritus. Jam vero Virgilianus pa-  
stor multo minori copia instructus est,  
quam ille Theocriti: contra quam Ser-  
vius censuit; cujus haec sunt verba:  
*Lac mihi &c. multo melius quam The-  
ocritus. Ille enim ait: τυρὸς δ' ἔλειπει*  
&c. *Sed quia caseus servari potest,*  
*non mirum est: Verum si quovis tem-  
pore quis habeat lac novum, id est co-  
lostrum. At hic acumen hujus Gram-  
matici ipso pistillo obtusius est. Cy-  
clops enim non solum de lacte gloria-  
tur, sed, inquit, τὸ κράτιστον γάλακ-  
πίνω, quod plus est, quam lac mihi  
non desit; neque id simplex, sed τὸ  
κράτιστον. Deinde dicit: Τυρὸς δ' ἔλει-  
πει μ' ἔτ' ἐν ὀπώρα. Ergo beator Cory-  
dops Corydone, qui de caseo ne ver-  
bum quidem fecit. Praeterea, ἔτ' ἐν  
θερεί, ἔτ' ἐν ὀπώρα, ἔ χειμῶνος ἀκρω,*  
amplius est, quam *aestate & frigore.*  
Addit Theocritus ἀκρω, ut nullum ei  
tempus hyemis, etiam intensissimo fri-  
gore

gore, sine caseo sit. Caseus autem hic intelligitur recens, qui adhuc in fisco-  
 lis est, cujus quanta copia fuerit, in-  
 nuit Poëta dicens: *ταρσοὶ δ' ὑπεραχθές  
 αἰεὶ*. Utrumque, & lac, & caseum,  
 exprimere voluisse videtur Virgilius,  
 cum dicit, *lac novum*, quod *calostrum*  
 interpretatur Servius: Graeci vocant  
*πρωτόγαλα* & *πόδον*, quod sponte coit,  
 & densatur in caseum. Ergo dum bre-  
 vis esse laborat, sit obscurus. In iis,  
 quae sequuntur, eximiae suavitatis est  
 illa ad amicam allocutio, quam *φίλον  
 γλυκύμαλον* vocat: & denotatur amoris  
 maxima vis, cum dicitur Cyclops a-  
 mores suos cantare *Πολλὰ μὲν νυκτὸς ἄωρι*.  
 Quae duo in Virgiliana proclatione sub-  
 tinentur. Quorum alterum, uti prae-  
 cipuum in blanditiis amatoriis, ita &  
 proprium est. Mala enim in Veneris  
 tutela sunt, ut ait Artemidorus Lib. I.  
 cap. 75., & in somniis *μήλα κρατῶν  
 ἔρωτι συνείναι δοκεῖ*, interprete Afram-  
 plycho. Unde & Venus ipsa plerum-  
 que effingitur pomum manu tenens.  
 Et Cupidines semet invicem pomis in-  
 cest-

cessunt, sed prius osculo delibatis, a-  
 pud Philostratum in *Imagin*. Notissi-  
 ma item Nanae fabula, quae (ε) *ma-  
 la manu retinens gravida concepit in  
 alvo*, uti est apud Arnobium. Et ra-  
 tio illa, quam promit Athenaeus, Lib.  
 XII. pag. 553., cur poma manu ge-  
 stemus. (ζ) Sed quin ipsam causam  
 obiter ostendamus. (η) Cur ea Ve-  
 neri consecrata sint, praesertim cum  
 non inamoena sit? Et in mare, & in  
 femina, veteres aliquid pomi simile in-  
 venerunt, quod ad delicias faceret ve-  
 nereas. Quid in viro sit, (θ) lusus  
 te Priapeji docebunt, (cui Deo offer-  
 ri solebant) item nequam ille Aristo-  
 phanes in *Nubibus*, & de Dionysi  
 malis eruditorum enarrationes, cujus  
 in sacris ea fuere solemnia, referen-  
 te Eusebio praepar. Euang. Lib. II.  
 cap. 3., & exhibentibus gemmis Basi-  
 lidianis. Honestior est in femina simi-  
 litudo, (ι) generis primum puellarum  
 formosularum ad imaginem pomorum  
 (κ) purpurascens, & in rotun-  
 dam figuram leniter tumentibus, (Α)

nacreon carmin. XXI X.) unde & illae  
 μήλα dictae sunt, sicut ex Luciano in  
 Imaginibus discimus: deinde & (λ)  
 mammis propius adhuc ad pomorum si-  
 militudinem accedentibus, teste Ari-  
 stophane in Concionatricibus, ac Ly-  
 sistrata. Plinius certe inter poma nu-  
 merat *mammiarum effigie orthomastia*:  
 & est mellitissimus ac venustissimus ea  
 de re jocus apud Aristaenetum Lib. I.  
 epist. III. ubi adolescens, cum ama-  
 sia sub arbore malo se lavans, ita lo-  
 quitur: "Ὅμως ἐν οἴδα πολλάκις τὴν δι-  
 σθησιν πλανηθεὶς πρὸς ὁμοιότητα μήλων τε,  
 καὶ τῶν ἐκείνης μασῶν. Μήλε γὰρ ἀμφοῖν  
 μεταξύ τοῖς ὕδασι διανηχομένη, τῇ χειρὶ  
 κατεδεξάμην, τῆτο εἶναι νομίσας τὸν κυ-  
 δονιῶντα τῆς ποθεμένης μασῶν. Apertius  
 aliquanto id ipsum dicit Crates apud  
 Athenaeum Lib. II.

Πάνυ γὰρ ἐστὶν ἐρωτικῆ  
 τὰ τιττί, ὥσπερ μήλον, ἢ μιμαίκυλα.

Hinc natus mos ille ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς  
 mittendi (μ) mala, sive in gremium  
 puellae

puellarum jaciendi integra, vel, quod  
 ἐρωμανέσερον, praerosa, & quasi deli-  
 bata. Hujus meminit cum in Toxari,  
 tum in Dialogis Luciano; τέλος δὲ,  
 inquit puella ad amatorem, τῆ μήλε  
 ἀποδακῶν, προκύψας πῶς, εὐσώχως προ-  
 σηκόντισας εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς, εἶδὲ λα-  
 θεῖν γε πειράμενος ἐμέ· ἢ δὲ Φιλήσασα με-  
 ταξὺ τῶν μασῶν ὑπὸ τῷ ἀποδέσμῳ παρεβύ-  
 σατο. Illius autem Catullus:

*Ut missum sponsi furtivo munere  
 malum  
 Procurrit casto virginis è gremio.*

Nec non alibi:

*Tam gratum mihi, quam ferunt  
 puellae  
 Pernici aureolum fuisse malum,  
 Quod zonam solvit diu ligatam.*

Quae de Atalanta fabula plus continet,  
 quam videtur polliceri. Meminit por-  
 ro & Virgilius istius moris, cum di-  
 cit (ν):

*Quod*

*Quod potui, puero sylvestri ex arbore lecta  
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.*

Quod munus alteri venereo antagonistae dono pastor opponit, qui suae Veneri palumbes miserat, de quibus Artemidorus Lib. II. cap. 20. Φάσσαί δὲ καὶ περισεραὶ γυναῖκας σημάϊσαι· Φάσσαί δὲ πάντως πορνικαί: subscribente Basilio M. in Hexaem. hom. VIII. Meminerunt & alii complures cum poëtae, tum qui amores & ritus veterum prosa tradiderunt. Eodem referas, licet alio modo diversum, illud Virgilio: *Malo me Galathea petit lasciva puella.* Et hoc Aristoph in Nubibus: Μήλω βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίᾳ τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῆς. De quo plura in Chiliad. Erasmus. Ceterum etiam in sacris aliquid consimile legimus, ut Apocalypf. XVIII: vers. 14. (ξ) *Et poma desiderii animae tuae discesserunt à te.* Ut nihil è Philone Judaeo de primorum parentum

rentum illice poma dicam; de nimium longus sim, & aliquando, unde fueram digressus, revertar. Alterum igitur illud, quod Theocritus dixit *νοῦτος ἀωρί*, vehementiam innuit amoris. *Insaniam* Latini vocant. Expressit alicubi Virgilius, non plene tamen: *Te veniente die, te decedente canebat.* Polyphemus enim *nec serae meminit decedere nocti.* Restat artis & personarum comparatio. Theocriticus amator optime omnium cyclosum fistula canere gloriatur: Virgilianus, *quae solitus Amphion in Diétaeo Aracyntho.* Atque hic quidem *εἰς πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων*: Sed an illa Corydon tam bene, quam Amphion? hoc vero non dicit. Potest enim aliquis aliena carmina cantare; sed ita tamen, ut magnum vocis discriminè sit. Sequitur in Virgilio:

*Nec sum adeo informis, nuper me  
in litore vidi,  
Cum placidum ventis staret mare,*

De qua sententia nihil dicere decrevi,  
B b quam-

quamvis non absurda quaedam dici queant, ne in alienam messem falcem mittere voluisse videar: & ut supersint, quibus aliter sentientes possim convincere. Multa certe cum in his eclogis, tum in ipsis libris Æneidos occurrunt, quae tum bene, tum secius tralata è Graecis Theocrito, Hesiodo, Apollonio, Homero, ceterisque, multorum oculos fugiunt, qui Graecarum artium ac linguae rudes, & ignari sunt. Quod si & Horatium, & Virgilium, diligentissimos accuratissimosque Poëtas, ingenium Graecorum non videmus esse assecutos; quid Ovidio fiet, qui tantum abfuit, ut emendarit vitia sua, ut etiam amaverit? Sed de hoc postea viderimus, cum illum una cum Virgilio, & Statio, pensiculatus examinabimus, & in eorum unoquoque veram sublimitatem ab inflato tumore, ac puerili lascivia discernemus. Nunc autem cum uno progrediatur Apollo-

APOL

A P O L L O N I I  
E T  
O V I D I I  
C O M P A R A T I O.

Ovidius igitur Lib. VII. Metamorphoseon Medeae amore flagrantis aestum ita tractat:

*Concipit interea validos Ætias i-  
gnes:*

*Et luctata diu, postquam ratione  
furorem*

*Vincere non poterat: Frustra, Me-  
dea, repugnas;*

*Nescio quis Deus obstat, ait. Mi-  
rumque nisi hoc est,*

*Aut aliquid certe simile huic, quod  
amare vocatur.*

*Nam cur jussa patris nimirum mihi  
dura videntur?*

*Sunt quoque dura nimis. Cur, quem  
modo denique vidi,*

Bb 2

Ne

## 388 J. TOLLII COMPAR.

Ne pereat timeo? quae tanti causa  
timoris?

Excute virgineo conceptas pectore  
flammas,

Si potes, infelix. Si possem, sa-  
nior essem:

Sed trahit in vitam nova vis; aliud-  
que cupido,

Mens aliud suadet. Video meliora,  
proboque:

Deteriora sequor. Quid in hospiti,  
regia virgo,

Ureris, & thalamos alieni concipis  
orbis?

Haec quoque terra potest, quod a-  
mes, dare. Vivat, an ille

Occidat, in Dis est: vivat tamen:  
idque precari

Vel sine amore licet. Quid enim com-  
misit Iason?

Quam, nisi crudelem, non tangat  
Iasonis aetas,

Et genus, & virtus? Quam non,  
ut cetera desint,

Forma movere potest? certe mea  
pectora movit.

At;

## APOLLONII &amp; OVIDII. 389

At, nisi opem tulerò, taurorum af-  
flabitur ore:

Concurretque suae segeti, tellure  
creatis

Hostibus: aut avido dabitur ferti  
praeda draconi.

Hoc ego si patiar, tum me de trigide  
natam,

Tum ferrum & scopulos gestare in  
corde fatebor.

Cur non & specto pereuntem, ocu-  
losque videndo

Conscelero? cur non tauros exhortor  
in illum,

Terrigenasque feras, insopitumque  
Draconem?

Di meliora velint. Quamquam non  
ista precanda,

Sed facienda mihi. Prodamne ego  
regna parentis,

Atque ope nescio quis servabitur ad-  
vena nostra,

Ut per me sospes sine me det lintea  
ventis,

Virque sit alterius, poenae Medae  
relinquar?

Bb 3

Si

*Si facere hoc, aliamve potest prae-*  
*ponere nobis,*  
*Occidat ingratus. Sed non is vultus*  
*in illo,*  
*Non ea nobilitas animo est, ea gra-*  
*tia formae,*  
*Ut timeam fraudem, meritique obli-*  
*via nostri.*  
*Et dabit ante fidem: cogamque in*  
*foedera testes*  
*Esse Deos. Quid tuta times? ac-*  
*cingere; & omnem*  
*Pelle moram: tibi se semper debebit*  
*Iäson.*  
*Te face solemni junget sibi; perque*  
*Pelagas*  
*Servatrix urbes matrum celebrabere*  
*turba.*  
*Ergo ego germanam, fratremque,*  
*patremque, Deosque,*  
*Et natale solum ventis ablata relin-*  
*quam?*  
*Nempe pater saevus, nempe est mea*  
*barbara tellus,*  
*Frater adhuc infans: stant mecum*  
*vota sororis;*

Maxi-

*Maximus intra me Deus est. Non*  
*magna relinquam:*  
*Magna sequar: titulum servatae pu-*  
*bis Achivae,*  
*Notitiamque loci melioris, & oppi-*  
*da, quorum*  
*Hic quoque fama viget, cultusque;*  
*artesque virorum,*  
*Quemque ego cum rebus, quas totus*  
*possidet orbis,*  
*Æsoniden mutasse velim: quo con-*  
*juge felix*  
*Et Dis cara ferar, & vertice side-*  
*ra tangam.*  
*Quid, quod nescio qui mediis concur-*  
*rere in undis*  
*Dicuntur montes, ratibusque inimi-*  
*ca Charybdis,*  
*Nunc sorhère fretum, nunc reddere;*  
*cinctaque saevis*  
*Scylla rapax cambus Siculo latrare*  
*profundo?*  
*Nempe tenens quod amo, gremioque*  
*in Iäsonis haerens,*  
*Per freta longa ferar. Nihil illum*  
*complexa verebor;*

Bb 4

Aut;



*Aut, si quid metuam, metuam de  
conjuges solo.*

*Conjugiumne vocas, speciosaque no-  
mina culpae*

*Imponis, Medea, tuae? quin a-  
spice quantum*

*Aggrediare nefas: &, dum licet,  
effuge crimen.*

*Dixit: & ante oculos rectum, pie-  
tasque, pudorque*

*Constiterant: & victa dabat jam  
terga Cupido.*

Haec ubi lego, certa mihi pignora in-  
genii videntur Ovidiani, & assueti de-  
liciiis aulicis, amoribusque lasciviori-  
bus. Tam belle ac venuste expressit aet-  
stum illum animi cum amore simul &  
pudore luctantis. Nihil plane videtur  
ad perfectionem desiderari posse: nihil  
non elegans, aut ingeniosum. Et sic  
omnes puto judicare, qui Apollonium  
cum cura non legerint: aut, quod  
magis juverit, cum Nasone non con-  
tulerint, atque compararint. Qui-  
cumque igitur in Graeca lingua hospes  
est,

est, ea quoque careat voluptate neces-  
se est, quae ex ingeniorum collatione  
ad eruditos redit: legat item sine intel-  
lectu, quae sese credat intelligere, &  
ipse se fallat, dum illa putat optima,  
sibi que imprimis imitanda, quae, si in  
sole Graecae literaturae inspicias, fri-  
gida videbuntur & inepta, atque à  
magnificentia, & splendore, sublimi-  
tateque Graeca longissime remota. Sed  
amores ab Apollonio, ejusque imitato-  
re Virgilio minus feliciter tractatos; ab  
Ovidio autem, Sacerdote Veneris &  
Amorum, aptissime & ad veritatem  
expressos esse dicent alii, meque plu-  
rimum hac in re falli, & ab eo, quem  
proposui, scopo, nimium quantum  
videri aberrare pronuntiabunt. Qui-  
bus hoc lubens concederem, si iidem  
mores, iidemque essent animi affectus  
omnium ubique gentium ac nationum:  
quamquam & habenda cum primis ratio  
est dignitatis personarum. Verum qui  
ex ingenio Romanarum feminarum,  
quales Ovidiano seculo (o) vixere,  
aut nunc in Gallia, & vicinis regioni-  
bus,

bus, impudicis voluptatibus indulgent, apud quas vulgati corporis vilitas *comitas* vocatur, & *decentissimum sponsaliorum genus est adulterium*, ut ait Sen. de Benef. Lib. I. cap. 9.: qui, inquam, ex his de reliquis omnibus voluerint judicare, quas aut instituta gentis, aut asperitas coeli, ab immundo & nefario promiscui vulgatique stupri, & equinae ac inexhaustae libidinis contagio servant intactas: nae illi toto, quod ajunt, coelo errant, & amores sanctos castosque à lascivis illicitisque distinguere nequeunt. Alia est apud Heliodorum Arsinoës, alia est mens Charicleae: alia rursus Leucippes apud Tatium. Lucretia non eo animo fuit, quo Poppaea Sabina. Aspasia Cyri blanditias clamoribus, ac unguium femineis armis; sodales aliae risu & suavis exceperunt. Pudicitiae Germanarum viduarum, Vestae Sacerdotium à Romanis postulantium, cum Babilonicarum nuptarum detestanda salacitate, & infami inverecundia non convenisset: *apud quas, ut Tertulliani ver-*  
bis

bis utar, (in Apologetica) *malorum morum licentia pietas erat, & occasio luxuriae religio deputabatur.* Est igitur egregio Poëtae, non secus ac Oratori, videndum, quid deceat: non in sententiis solum, sed etiam in verbis; quod qui didicit,

————— *Ille profecto*  
*Reddere personae scit convenientiam*  
*cuique.*

Ergo quod ipsam *ἔννοιαν* spectat; longe est Ovidius inferior Apollonio, qui, si quis alius, in amoribus Medae τὸ πρέπον servat. Siquidem apud hunc Medea est, apud Ovidium Corinna: sed Corinna non illius medii diei, verum primo amoris spiculo faucia. Praecipit Horatius in Arte Poëtica, ut si in scenam producat, *sit Medea ferox*. Nihil autem in tota hac aestuantis Medae oratione invenias, quod aut ferociam, aut *σωφροσύνην* Colchicam respiciat (π). Totus praeterea contextus est infra dignitatem carminis  
Epici;

Epici, nihilque trahit de sublimi: & quae ex Apollonio desumpta sunt, plurimum nativae gratiae amiserunt. Sunt tamen aliqui clavi purpurei in hac veste, quibus sua erit sarta tecta laus ac dignatio. Inprimis autem placet illud ex abrupto principium, quod longam fluctuantis animi reciprocationem, & cum amore pudorem oppugnante certamen praecessisse arguit,

— Frustra, Medea, repugnas:  
Nescio quis Deus obstat, ait.

Verum antequam haec separatim examinentur, Apollonii versus plures collationem apponam, quo felicius ex utriusque collatione nostra procedat κρίσις;

Αὐτως δ' αὖ Μήδεια μετέστιχε' πολλὰ δὲ  
θυμῷ

"Ωρμαιν', ὅσσα τ' ἔρωτες ἐποτρύνεσσι μέ-  
λεσθαι.

Προπρὸ δ' ἄρ' ὀφθαλμῶν ἔτι οἱ ἰνδάλλε-  
ται πάντα.

Αὐτὸς θ' οἷος ἔην, οἰοσὶ τε φάρεσιν ἦσαν  
Οἶά

Οἶά τ' ἔειφ', ὡς θ' ἔζετ' ἐπὶ θρόνῳ, ὡς  
τε θύραζε

"Ἦεν" εἰδὲ τιν' ἄλλον οἴσασατο πορφύρεσα  
"Ἐμμεναι ἀνέρα τοῖον" ἐν ἕασι δ' αἰὲν ὀ-  
ρώρει

Αὐδὴ τε, μῦθοί τε μελίφρονες, δε ἀγῶ-  
ρευσε,

Τάρβει δ' ἀμφ' αὐτῷ, μή μιν βόες ἤ  
καὶ αὐτὸς

Αἰήτης φθίσειεν' οἰόμετο δ' ἦύτε πάμπαν  
"Ἦδη τεθνεῖῶτα" τέρεν δὲ οἱ ἀμφὶ παρειᾶς  
Δάκρυον αἰνοτάτῳ ἐλέω ῥέεν κηδοσύνη-  
σιν.

"Ἦνα δὲ μυρομένη λιγέως ἀνενεῖκατο μῦ-  
θον.

Τίπττε με δεικαίην τὸδ' ἔχει ἄχος; εἶθ'  
ὄγε πάντων

Φθίσεται ἠρώων προφερέσατος, εἴτε χε-  
ρείων.

"Ἐρρέτω" ἦ μὲν ὀφελλεν ἀκήριος ἐξαλέα-  
σθαι.

Ναὶ δὴ τῆτόγε πότνα θεὰ Περσὴν πέλοιτο.  
Οἴκαδε νοσήσεις φυγῶν μόρον' εἰ δὲ μιν  
αἶσα

Δμηθῆναι ὑπὸ βροσὶ, τότε προπάρουθε  
δαεῖη,

Οὐνε-

Οὐνεκεν ἔχ' οἱ ἔγωγε κακῆ ἔπαγαλ' ὀμῶν  
ἀλτῆ.

Ἡ μὲν ἄφ' ὧς ἔόλητο νόον μελεδήμασι  
κέρη.

Mox autem post somnium inter cetera  
haec proloquitur :

Δείδια , μὴ μέγα δήτι φέρει κανὸν ἠδὲ  
κέλευθος

Ἡρώων' περί μοι ξείνω φρένες ἠερέβονται.  
Μνάσω ἔδν κατὰ δῆμον Ἀχαιίδα τηλότι  
κέρην.

Ἄμμι δὲ παρθενίη τε μέλοι , καὶ δῶμα  
τοκήων , &c.

Post quae sequitur nobilis illa descri-  
ptio mentis anxiae , & cunctantis , a-  
mōrine , an vero pudori ac modestiae  
obsequatur. Intercedit deinde inter  
Medeam & Chalcioopen colloquium ,  
cui illa , laturam se Jasoni imploratam  
opem pollicetur. Haec & plura alia  
non attigit Ovidius ,

— Spacis discclusus iniquis!

Nos

Nos tamen idcirco commemoramus ,  
ut liqueat , quid hinc inde ex Apollo-  
nio desumeret , quantumque ei cedat  
hoc ipso , quod confusis personis &  
temporibus , quae Rhodius ille distin-  
xerat , decus illud gravitatis ac maje-  
statis servare nequiverit. Nam quod  
Apollonius Medeam inducit imminens  
Jasoni periculum animo volentem ,

Δειδύειν ταύρων κρατερὸν μένος , οἷσιν ἔ-  
μελλεν

Φθεισθαι ἀειμελίη μοίρη κατὰ νεῖδὸν ἄρνος ,

Id ipsum proloquentem eam finxit O-  
vidius :

*At nisi opem tulerō , taurorum af-  
flabitur ore :*

Ubi , quod obiter in antecessum mo-  
nebo , iudicium ejus desidero , cum  
addit ,

*Concurreretque suae segeti , telere  
creatis*

*Hostibus , aut avido dabitur fera  
praeda draconi.* A

406 7. TOLLII COMPAR.

A qua scabie manus abstinere non potuit. Alibi vero Senecae de Ovidio iudicium adferam: quod sincerissimum fuisse pluribus probare possim. Sufficiebat enim praescriptus ab Apollonio terminus: nec eum transiisse oportuerat. Omnia namque, quae instabant, quaeque exantlanda erant pericula, tam exacte enumerare non est amanti perditae puellae, ac in ipso aestu atque agitatione animi nunc huc, nunc illuc curas dividendis: verum declamatoris poetae, ingenio abutentis. Ipsa praeterea periculi magnitudo ita Medeam percellere debuerat, ut reliquorum ne quidem ratio haberi posset, eaque offuso terrore ex illius primi discriminis recordatione obscurarentur, absconderenturque. Quod si porro & minima quaeque respicimus, τὸ κρατερόν μένος aliquantum ad incutiendum metum facit. Verum illud longe elegantius, atque ad animum Medae Iasoni contra patrem faventem, magis efficacax, quod addidit, ἀεικέλιη μοίρη. Neque vero temere subjecta sunt illa, κατὰ νεῖον

APOLLONII & OVIDII. 407

νεῖον Ἄρηος. Haec autem in transitu dicta sunt. Redeamus igitur, quod adiungunt, in viam, & quae restant apud Apollonium, proferamus:

Ἐξομένη δ' ἤπειτα δοάσσατο, Φώνησέν τε.

Δειλὴ ἐγώ, νῦν ἐνθα κακῶν ἢ ἐνθα γένωμαι.

Πάντη μοι Φρένες εἰσὶν ἀμήχανοι· εἰδὲ τις ἀλλή.

Πήματος· ἀλλ' ἔνωτ' ὀφλέγει ἐμπέδον· ὡς ὀφελόν γε

Ἄρτεμιδος· κραιπνοῖσι πάρος βελέσσι δαμῆναι,

Ἦν τόν γε εἰσίδεειν, πρὶν Ἀχαιίδα γαῖαν ἰκῆσθαι

Χαλκίοπης ὕιας· τὴν μὲν θεός, ἢ τις ἄρηνος

Ἄμμι πολυκλαύτες δεῦρ' ἤγαγε κείθεσ' ἀνίας.

Φθείσθω ἀδελφῶν, εἴ οἱ κατὰ νεῖον ἄλυσθαι

Μοῖρα πέλει· πῶς γάρ κεν ἐμὸς λεκάθοιμι τοκῆας

Φάρμακα μησαμένη· ποῖον δ' ἐπὶ μῦθον ἐνίψω;

Ca. Tis

Τίς δε δόλος ; τίς μήτις ἐπίκλοπος ἔσ-  
σέτ' ἀρωγῆς ;

Ἦ μιν ἀνευθ' ἐτάρων προσπτύξομαι οἷον  
ιδῶσα

Δύσμορος ; ἔ μὲν ἔσλπα καταφθιμένοιοι  
περ' ἔμπης

Λωφῆσειν ἀχέων' τότε δ' ἂν καιρὸν ἄμμι  
πέλοιτο ,

Κεῖνος ὅτε ζωῆς ἀπαμείρεται· ἔρρέτο αἰ-  
δώς ,

Ἐρρέτω ἀγλαίῃ· ὁ δ' ἔμῃ ἴσότητι σωθεῖς  
Ἀσκητῆς , ἵνα οἱ θυμῷ Φίλον , ἔνθα νέ-  
οιτο .

Ἄστω ἐγὼν αὐτήμαρ , ὅτ' ἐξανύσειεν ἀε-  
θλον ,

Τεθναίνην , ἢ λαίμων ἀναρτήσασα μελά-  
θρων .

Ἦ καὶ πασσαμένη ραισιήρια Φάρμακα θυ-  
μῷ .

Ἄλλὰ καὶ ὡς φθιμένη μοι ἐπιλλίσσασιν ὁ-  
πίσσω

Κερτομίας· τηλῆ δὲ πόλις περὶ πᾶσα  
βοήσει

Πότιον ἔμῳ· καὶ κέν με διὰ σώματος Φο-  
ρέσσαι

Κολχίδες ἀλλυδὶς ἄλλη αἰείκεα μωμῆσον·  
τῆς . Ἦ τίς

Ἦ τις μηδομένη τόσον ἀνέρος ἀλλοδαπῶς  
Κάτθανεν· ἦτις δῶμα καὶ ἔς ἦσχυνε το-  
κῆας ,

Μαργουσύη εἴξασα· τί δ' ἐκ ἔμῳ ἔσσετα  
ἄισχος ;

Ἦ μοι ἔμῃς ἄτης· ἦτ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴῃ  
Τῆ δ' αὐτῆ ἐν νυκτὶ λιπεῖν βίον ἐν θαλά-  
μοισιν ,

Πότιμω ἀνώϊστῳ κακ' ἐλέγχεα πάντα φυ-  
γῆσαν ,

Πρὶν τάδε λωβήεντα καὶ ἐκ ὄνομασά τε-  
λέσσαι .

Ἦ , καὶ Φωριαμὸν μετεκίαθεν ,

Interfectura sese veneno , ni Juno ob-  
stitisset. Quid jam ? nonne sole cla-  
tius est meridiano , Medeam rectius  
ab Apollonio expressam , quam a Na-  
sone ? fateor equidem iniquam inter  
utrumque comparationem esse institu-  
tam , quod Apollonius amores Me-  
deae , quemadmodum ad illius imita-  
tionem Virgilius Didonis , ex professo  
tractaverit : Ovidius autem aliud agens ,  
aut saltem compendio ; sic ut plus illi ;  
quam huic licuerit : verum tamen hoc

nihil ad id facit, quod nunc agimus. Siquidem retinendum erat τὸ πρέπον, & orationis quaedam adhibenda severitas fuerat in ejusmodi persona, quae nec in amore lasciva, (quamquam amor res est nimium quantum ad lasciviam prona & facilis) & infamiae ac dedecoris adeo metuens, ut mortem praecipraverit. Verum agendum, examinemus singula accuratius, &, quae bona malave sint, exploremus. Laudabile est, uti dixi, principium ex abrupto:

— Frustra, Medea, repugnas;  
Nescio quis Deus obstat, ait.

Recte Deo cedere videtur, cui non posse resisti putat. Sed quae sequuntur,

— Mirumque nisi hoc est,  
Aut aliquid certe simile huic, quod  
amare vocatur.  
Nam cur jussa patris nimium mihi  
dura videntur?

Sunt

Sunt quoque duranimis. Cur, quae  
modo denique vidi,

Ne pereat, timeo? quae tanti causa  
timoris?

Non assequuntur magnificentiam styli Heroici, nec vim phantasiae Poëticae, quae in loco tam praecipiti, ac in re tanti momenti atque periculi, poeticae in amoris agnitione ludentis lasciviam admittere non potest. Ferrem, si Oenones, aut Herus amores describeret, quarum & mens tranquillior, & laetior amandi fuit occasio. Quanto melius Apollonius?

Δείδια, μὴ μέγα δὴ τι φέροι κακὸν ἢ δὲ  
κέλευθος

Ἡρώων. περὶ μοι ξείνῳ φρένες ἠερέθονται.

Illa vero:

— Cur, quem modo denique  
vidi,

Ne pereat timeo? quae tanti causa  
timoris?

Cc 3

Nihil

406 J. TOLLII COMPAR.  
Nihil plane sunt ad haec Apollonii :

Ο δ' ὄρετο δ' ἦν τε πάμπαν  
ἤδη τεθνεῖσθα. τέρεν δέ οἱ ἀμφὶ παρεΐας  
Δάκρυον ἀνοτάτω ἐλέω ῥέεν κηδοσύνησιν.

Meliora sunt :

*Excute virgineo conceptas pectore  
flammas,  
Si potes, infelix. Si possem, sanior  
essem.  
Sed trahit invitam nova vis ; (P)  
aliudque cupido,  
Mens aliud suadet.*

Haec autem insignia :

*Video meliora, proboque ;  
Deteriora sequor.*

Verum hoc tamen silentio non est praeterendum, ter idem dici : quod in Ovidio, tanquam certissimum luxuriae argumentum Seneca notavit. Nihil enim aliud est ; *Sed trahit invitam novam*

APOLLONII & OVIDII. 407

*va vis ; atque, aliudque cupido,  
Mens aliud suadet. Quid autem, nisi alia tantum verba ? video meliora, proboque, deteriora sequor. Idem vitium in Cic. pro L. Manilia notavi, ubi de legatis violatis loquitur. Vide & Dionysium Halicarnassaeum in collatione Isocratis cum Demosthene. Pergit Ovidius :*

*Quid in hospite Regia virgo  
Ureris, & thalamos alieni concipis  
orbis ?*

*Haec quoque terra potest, quod a-  
mes, dare.*

Quae ad illa Apollonii respiciunt :

Περὶ μοι ξείνῳ φρένες ἠερέθονται.  
Μνάσω ἐὼν κατὰ δῆμον Ἀχαΐδα τηλόθι  
κέρην.  
Ἄμμυ δ' ἀπαρθενίῃ τε μέλοι καὶ δῶμα  
τοκίων.

Quibus verbis major inest verecundia  
Ille dicit, *urris* : hic φρένες ἠερέθονται.  
Ovidius Medae tribuit concu-



piscentiam peregrini conjugii : apud Apollonium Medea Jasonem jubet aliunde sibi è patria uxorem quaerere. Ovidii Medea nuptias non respuit domesticas, licet peregrinas recuset : Apollonius autem virginiratis & paternae domus amantem inducit : quod λήμμα longe praestantius est & grandius. Sequitur :

*Vivat, an ille  
Occidat, in Dis est. Vivat tamen.  
Idque precari  
Vel sine amore licet.*

Ea sic Apollonius :

Τί πτε μέ δειλαίην τόδ' ἔχει ἄχος, εἴθ' ὄγε πάντων  
Φθίσεται ἠρώων προφερέσατος, εἴτε χρείων.  
Ἐβρέτω. ἢ μὲν ἀφελλευ ἀκήριος ἐξάλεισθαι.

Et quae sequuntur, imprimis cum hisse Ovidianis conferenda. Sunt autem illa Apollonii tam bona, ut melius dicere

*APOLLONII & OVIDII.* 409  
ci nequeant. Verum quomodo ea accumulatus est Ovidius?

*Quid enim commisit Iason?  
Quam, nisi crudelem, non tangat  
Iasonis aetas,  
Et genus, & virtus? quam non,  
ut cetera desint,  
Forma movere potest? certe mea  
pectora movit.*

Τὸ Φρόνημα desidero, quod in tota oratione nullum est. Pergit :

*At nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore:  
Concurreretque sive segeti, tellure creatis  
Hostibus: aut avido dabitur fera praeda draconi.*

Hosce versus jam ante per viam, uti dici solet, expendi: hoc tamen addam, bis Ovidio monstratam semitam, qua tutus incederet. Alteram modo ostendi: altera haec est:

410 J. TOLLII COMPAR.

Τάραξει δ' ἀμφ' αὐτῶ , μὴ μιν βόες , ἢ  
καὶ αὐτός  
Αἴητης φθίσειεν.

Quod periculum Ovidius ne quidem attingit: est nihilominus animadversio dignissimum; quod Jasoni Medea non minus à patre fraudis ac immanitatis pleno, quam à tauris flammivomis metuerit. Nec erat, quod ita τὰς σπαρτὰς extimesceret, aut ipsum draconem, conscia sibi remedium, quae Jasonem periculo eximerent: at in tauris devincendis alia erat ratio, & incertus exitus. Cum his erat congregiendum; hi domandi erant, & sub jugum mittendi sed Sparti inter se depugnaturi, & draco placentulis venenatis sopiendus erat. Et ut bis bene Apollonius, ita bis male Naso. Mox enim iterum dicit:

— Cur non tauris exhortor in illum,  
Terrigenasque feras, insopitumque  
Draconem?

Laudo

APOLLONII & OVIDII. 411

Laudo vero ista:

Hoc ego si patiar, tum me de trigide  
natam,  
Tum ferrum & scopulas gestare in  
corde fatebor.

Sunt enim haec à visione profecta, quae puellam extra se rapiebat, dum in ipso juvenem periculo versantem φαντάζεται, cujus amore peribat. Illa porro,

Cur non & specio percuntem, acui  
losque videndo  
Conscelero?

È libro quarto Apollonii desumpta sunt, ubi in caede fratris Absyrti Medea

Ἐμπαλιν ὀμματ' ἔνεικε, καλυψαμένη  
ᾄθόνησι,  
Μὴ φόνον ἀθρήσειε κασιγνήτοιο τυπέντος

Paulo post illa leguntur:

— Prodamme ego regna parentis,  
At

412 7. TOLLII COMPAR.

*Atque ope nescio quis servabitur ad-  
vena nostra,*

*Ut per me sospes sine me det limba  
ventis,*

*Virque sit alterius, poenae Medea  
relinquar?*

Quae quidem vehementia sunt, & si-  
ne Graecis plurimum placent: verum  
τὸ πάθος aliter, & nescio quomodo sua-  
vius ab Apollonio expressum est, his  
verbis:

Πῶς γὰρ κεν ἐμὲς λελάθοιμι το-  
κῆας,

Φάρμακα μισαμένη; &c. Ὅ δ' ἐμῆ ἰα-  
τητι σαωθεῖς

Ἀσκητῆς, ἵνα οἱ θυμῷ φίλον, ἔνθα νέαι-  
το.

Αὐτὰρ ἐγὼν αὐτῆμαρ, ὄτ' ἐξανύσειεν ἀε-  
θλόν,

Τεθναίην; &c.

Egregia sunt, quae prioribus illis res-  
pondent:

APOLLONII & OVIDII. 413

*Si facere hoc, aliamve potest prae-  
ponere nobis,*

*Occidat ingratus. Sed non is vultus  
in illo,*

*Non ea nobilitas animo est, ea gra-  
tia formae,*

*Ut timeam fraudem, meritique obli-  
via nostri.*

Effecta autem sunt ex hisce Apollonii,  
quibus Jafonis forma primum capta  
Medea describitur: ubi inter cetera,

Θεσπέσιον δ' ἐν πάσι μετέπρεπεν Αἰόνοιο  
υἱὸς

Κάλλει καὶ χαρίτεσσιν. —

Ἐν ἅσι δ' αἰὲν ὄρωρει

Αὐδὴ τε, μῦθοί τε μελίφρονες, ἃς ἀγῶ-  
ρευσε.

Quae Poëta Latinus scire & ingeniose  
in Medae orationem transtulit. Sed  
illa:

*Et dabit ante fidem: cogamque in  
foedera testes*

*Esse Deos:*

*Ex*

414 J. TOLLII COMPAR.

Ex consequenti petita sunt : uti contra  
ex Jasonis verbis apud Apollonium,  
sequentia :

— *Quid tuta times? accingere;  
& omnem  
Pelle moram. Tibi se semper debe-  
bit Iäson;  
Te face solemnij junget sibi; perque  
Pelagas  
Servatrix urbes matrum celebrabere  
turba.*

Apollonius irai :

— *Τῷ μὴ με λῖαν ὑπεράιδεο κέρη;  
"Ἡε παρέξερέεσθαι ὁ τοι φίλον, ἢ τι  
Φάσθαι. &  
Σοὶ δ' ἂν ἐγὼ τίσαιμι χάριν μετόπισθεν  
ἀρωγῆς. &  
Εἰ δὲ κεν ἦθεα κείνα καὶ Ἑλλάδα γαίαν  
ἴκηαι,  
Τιμήσσαι γυναῖξί καὶ ἀνδράσιν ἀδοίγητ'  
"Ἔσσαι. αἱ δὲ σε πάγχυ Θεὸν ὡς πορσα-  
νεσιν;  
Οὐνεκα τῶν μὲν παῖδες ὑπότροποι ὀνοάζ'  
ἴκοντα Σῆ*

APOLLONII & OVIDII. 415

Σῆ βελῆ. &  
Ἡ μέτερον δὲ κέχος θαλάμοις εὐκρυ-  
δίοισι  
Πορσανέεις.

Quae omnia mira brevitate Ovidius  
complexus est. Sed non tam bona  
sunt, quae sequuntur :

*Ergo ego germanam, fratremque,  
patremque, Deosque,  
Et natale solum ventis ablata relin-  
quam?*

Bene haec ei procedebant, si hic pos-  
tuisset subsistere : sed quid puerilius,  
quid ineptius illa ad singula responso-  
ne?

(σ) *Nempe pater saevus, nempe  
est mea Barbara tellus,  
Frater adhuc infans : stant mecum  
vota sororis :  
Maximus intra me Deus est.*

Gorgiam credo Leontinum Medea au-  
diverat : atque hinc ille flosculus de-  
clama-

clamatorius è recenti auditione animo  
ejus περι τὰ ρητορικὰ ἀσχολημένης inhae-  
rebat. Quidni igitur amores illa suos  
rhetorice proloqueretur, cum poëtae  
soleant poëtice? Ejusmodi sunt &  
haec:

————— *Non magna relinquam:*  
*Magna sequar.* —————

Sed quorsum illa ταυτολογία?

*Titulum servatae pubis Achivae,*

Hoc enim jam supra dixit:

————— *Perque Pelasgas*  
*Servatrix urbes matrum celebrabert*  
*turba.*

An quia & Jason bis dixerat?

————— Ὡς δὲ καὶ ἄλλοι  
Ἡρώες κλήσασιν ἐς Ἑλλάδα νοσήσαντες,  
Ἡρώων τ' ἀλοχοί, καὶ μητέρες.

Paulo verò superius dixerat:

Εἰ δὲ κεν ἦθεα κείνα &c.

An quia id familiare est amore captis?  
solent enim, in quibus sibi placent,  
ea saepius repetere, quo reliquis, quae  
ab incepto revocare possint, pondus  
detrahant (τ). Sic & mox Medea  
ταυτολογεῖ:

————— *Quo conjuge felix;*  
*Et Dis cara ferar.*

Nam jam ante dixerat:

*Te face solemni junget sibi.*

Cetera tam putida sunt, & nullius ju-  
dicii, ut operae pretium non sit repe-  
tere. Nisi quod extrema haec,

*Conjugiumne vocas, speciosaque nos*  
*mina culpae*  
*Imponis, Medea, tuae? &c.*

non pessimae monetae videntur. Ve-  
rum tamen aliquando finis orationi im-  
ponendus, & transitus ad historiam

D d inve.

## 418 J. TOLLII COMPAR:

inveniendus fuit, qui hoc schematē quaesitus est. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα: nec iudicii mei poenitet, uti cuique suum placet. Atqui magis magisque in hac sententia confirmor, cum Virgilium relego, Didonis amores haud aliter tractantem, quam personae dignitas postulabat. Cujus versus, quia non adeo multi sunt, & huc inprimis faciunt, adscribere visum est, ut ex illius cum Ovidio comparatione constare possit, (v) quantum Latini Poëtae Graecis cedant; quos tamen hisce nonnulli praeferre non dubitant, nescio qua praeconcepta opinione abrepti, deceptique. Ita igitur Virgilius de Didone:

*At regina gravi jamdudam saucia  
cura*

*Vulnus alit venis, & caeco carpitur  
igni.*

*Multa viri virtus animo, multusque  
recursat*

*Gentis honos: haerent infixi pectore  
vultus,*

*Verba*

## APOLLONII &amp; OVIDII. 419

*Verbaque: nec placidam membris  
dat cura quietem.*

*Postera Phoebæa lustrabat lampade  
terras,*

*Humentemque Aurora polo dimove-  
rat umbram;*

*Cum sic unanimem alloquitur malè  
sana sororem:*

*Anna soror, quae me suspensam in-  
somnia terrent?*

*Quis novus hic nostris successit sedi-  
bus hospes?*

*Quem sese ore ferens! quam forti  
pectore & armis!*

*Credo equidem, (nec vana fides)  
genus esse Deorum.*

*Degeneres animos timor arguit!  
Heu quibus ille*

*Factatus fatis! quae bella exhausta  
canebat!*

*Si mihi non animo fixum, immotum-  
que sederet,*

*Ne cui me vincolo vellem sociare ju-  
gali,*

*Postquam primus amor deceptam  
morte fefellit:*

Dd 2

Si

*Si non pertaesum thalami tetaeque  
fuisse:*

*Huic uni forsari potui succumbere  
culpa.*

*Anna, (fatebor enim) miseri post  
fata Sichaei*

*Conjugis, & sparsos fraterna caede  
penates,*

*Solus hic inflexit sensus, animumque  
labantem*

*Impulit: agnosco veteris vestigia  
flammae.*

*Sed mihi vel tellus optem prius ima  
dehiscat;*

*Vel pater omnipotens adigat me ful-  
mine ad umbras,*

*Pallentes umbras Erebi, noctemque  
profundam,*

*Ante pudor quam te violam, aut  
tua jura resolvam.*

*Ille meos, primus qui me sibi iuravit,  
amores*

*Abstulit: ille habeat secum, seruet-  
que sepulcro.*

*Sic effata sinum lacrymis implevit  
abortis.*

Quam

Quam haec diversa ab Ovidianis, quam plena decoris, & magnificentiae? adeo verissimum est illud Longini effatum, τὸ ὕψος εἶναι τῆς μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα. Hac caruit Ovidius: ideoque in Heroicis minus felix est, quae tantam animi magnitudinem in elocutione desiderant, quanta in ipsa rerum, quae narrantur, gestione fuit adhibita (φ). Vidit enim Virgilius, quid Didonem deceret: & Didonem non virginem, qualis Medea, sed viduam; atramen pudicam. Qua in re non possum non admirari ingenium Virgilio: qui cum eadem tribuisset Didoni viduae, quae Apollonius virgini Medae, & ad ejus expugnandum pudorem itidem Deam advocasset, naturam tamen, seu mores viduarum, quae jam venerem expertae sint, eleganter expressit, cum hic, tum alibi, dum primum ejus cum Aenea concubitum in spelunca furtivum confingit, absque ulla Aeneae procreatione praemissa. Virgines enim, ut è Leandri & Herois amoribus apud Musaeum, item-

Dd 3

que

que aliorum amantium, quorum apud τῶν ἐρωτικῶν scriptores exempla complura exstant, abunde liquet, verbis primum capi volunt ac deliniri: viduae non amant longos λόγους. Illis obstat cum verecundia, tum metus inexper-  
tae voluptatis, & hinc mora: hae non ignarae Veneris mysteriorum, victo pudore rapiuntur, & expugnantur ipso impetu; neque vim extimescunt;

Ἄλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις  
Ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργω.

*Sed temperatae suaves sunt argu-  
tiae:*

*Immodicae offendunt. Phaedrus.*

Quare his finem faciam, & quae plura in Virgilio eximia, quaeque in aliis praeclara sublimitatis exempla, adjectis etiam quibusdam vitiorum vicinorum, nostris ad Longinum Animad-  
versionibus reservabo.

PE

P E T R O N I I  
E T  
V I R G I L I I  
C O M P A R A T I O.

**S**Oleo nonnumquam, cum libera-  
lius otium est, optimos utriusque  
linguae scriptores inter se comparare:  
ut eorum virtutibus vitiisque pensitatis  
(X) iudicium meum exerceam, acu-  
amque, & honesta simul voluptate  
studiorum meorum severitatem tempe-  
rem. Neque vero me detertere ab  
hoc tam salubri elegantique instituto  
potuit umquam, poteritve, diversa  
aliorum sententia, qui cuncta bona  
malaque, dummodo magni nominis  
auctor fuerit, alba linea signant, ne-  
que quidquam hujus seculi iudiciis in  
veteres scriptores libertatis indulgent;  
etiamsi illa à reprehendendi, carpenti-  
ve malignitate quam longissime absint.  
Habeo enim, quos iis opponam, sen-

Dd 4

ten-



rentiae meae assertores plurimos (ψ), & perquam nobiles: adsunt argumentorum pondera: &, ut ea absint, ratio ipsa stat, militatque pro partibus nostris, quae suum cuique liberum permittit iudicium, quum ipsi se scriptores, suaque scripta, legentium iudicio subjecerint. Sed, ut in omni disceptatione, & ita in hac disputatione, absint oportet affectus: neque minus in causis literariis amore peccatur inconsulto, quam vel odio, & invidia, vel arrogantia, superbiaque, vel petulantia, arque procacitate (ω). Ac mihi quidem ab odio & invidia tam alienus animus est, quod ad eruditionem, & virtutes defunctorum, & veterum, qui mihi nulla injuria cogniti sunt, ut etiam in viventibus inimicis praeclaras ipsorum ingenii dotes lubens agnoscam, & venerer: arrogantiae, supercilivae suspicionem facile diluam: petulantia vero atque procacitas ab hoc proposito abesse cuiusvis facile videri possunt, quandoquidem exercitationi potius ingenii, iudicii que hic labor

inser-

inservit, quam famae, cujus inanis affectatio non minus quam petulantia juvenilibus saepe mentes de recto rationis gradu statuve deturbat; statae vero, mediaeque aetatis non ita facile. Cur igitur hac memet ipse voluptate privem, privarive ab illis patiar, causae nil video: praesertim cum & commissae nobis (αα) adolescentiae iudicia hoc pacto optime formentur, limenturque; & erroribus quamplurimis obviam eatur, à quibus etiam vix illi sibi cavent, quorum & consummatissima eruditio est, & fama celeberrima. Argumenta, quibus me tuear, aut (ββ) exempla, quae sequar, in medium proferre, operae pretium vix puto. Neque vero non minus in hunc; quam in illum nobis scriptorem concessa ea libertas est: immo eo magis illa in optimos quosque auctores utilis videtur (γγ), quo facilius ingentium splendore virtutum vitia obscurantur, atque ad ignaros pro virtutibus semet venditant. Neque vero adeo rerum imperitus sum, bonarumque artium

jejunus, ut nec vitia nec virtutes in antiquis scriptoribus intelligam, neque item, quae de illis publica existimatio sit, norim, qui ὡς γύπες πρὸς τὰ δυσώδη φέρονται, πολλὰς μὲν λειμῶνας, πολλὰς δὲ ἡδέϊς καὶ εὐειδέϊς τόπας ὑπεριπτάμενοι, exiguique animi, & omnino malevoli, malignique indicia produnt certissima. Legisse quin etiam illa memini, quae Hesiodus ad Lucianum in dialogis dicere fingitur: Σκινδαλάμους δὲ καὶ ἀκάνθους τινὰς ἐκλέγεις, καὶ λαβὰς τῆ συκοφαντίᾳ ζητεῖς. Ἄλλ' ἔ μόνος ταῦτα σὺ, εἰδὲ κατ' ἐμὲ μόνον, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἄλλα τὰ τῷ ὁμοτέχῃ τῷ Ὀμήρῳ κατακνίζουσι, λεπτὰ ἔτω κομιδῇ, καὶ μάλιθα μικρὰ ἄττα δεξιόντες. Itemque illa Plutarchi de Curiositate: Φέρε γὰρ, εἴ τις ἐπιὼν τὰ συγγάμματα τῶν παλαιῶν ἐκλαμβάνοι τὰ κἀκίστα τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ βιβλίον ἔχοι συντεταγμένον, οἷον Ὀμηρικῶν εἰχῶν ἀνεφάκων, καὶ τραγικῶν σολοικισμῶν, καὶ τῶν ὑπ' Ἀρχιλόχῃ πρὸς τὰς γυναῖκας ἀπρεπῶς καὶ ἀπολάσως εἰρημένων ἑαυτὸν παραδειγματίζοντος, ἀρ' ἔτι ἐστὶ τῆς τραγικῆς κατάρσεως ἀξίος,

\*Ὀλοιο

\*Ὀλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφορὰς;

\*Ἀπρεπῆς καὶ ἀνωφελῆς ὁ θησαυρισμὸς αὐτῶν ἄλλοτρίων ἁμαρτημάτων. Et hi quidem praeclare: siquidem nihil ea malignitate pejus ac detestabilius est. Sed longe alia mihi, uti dixi, mens animi est: discendique simul & docendi captans ἀφορμὰς, prodesse publico cupio; simul & illorum sequor, & amolententiam, qui quandoque bonus dormitat Homerus, non statim indignantur; sed humanae imbecillitati, pluribusque, quae nitent in carmine, virtutibus vitia nonnulla condonant; ita tamen, ut ne Choerilis parcant: sicuti nec ego hoc capite Petronio parsum me profiteor, in Trojae Ἀλώσει; sive Scholastico illi, qui Lucanum nobis corrigere volens, dum & ipsum Virgilium aut assequi cupit, aut imitari, tanto se utroque inferiorem ostendit, quanto pumilio minor est gigante, cupressove humiles myricae. Attigi aliquando, sed leviter, ulcera quae

quaedam Ovidiana. Doluit ejus amatoribus, quibus in elegantissimo poeta

*Parvula pumilio est, Chariton meae,  
tota merum sal.*

Verum haec mea semper fuit sententia, si modo non omnino alieno, averfoque à *Gratiis* animo sum, *parvulae* non esse locum, ubi *Cataplexis*, *plenaque honoris* desideratur. Hic si peccaro, non defugio notam eruditorum censoriam, nec eam recuso. Quin & ne quis sibi in Petronio defensionis praereptam copiam praetexat, utque elegantia contentionis profuturum publico scriptum eliciam, alio rursus capite Virgilium cum Homero, & Senecam cum Sophocle conferam. Viderit, cui haec Critica displicet, ut quid solidi reponat. Hoc igitur agamus.

*Jam decuma moestos inter ancipites  
metus*

*Phrygas obsidebat messis, & vatis  
fides*

Cal-

*Calchantis atro dubia pendebat metu.*

Cacozelon istud, *messis decima obsidebat*. Nam, ut *messis* pro anno ponatur, pro quo Virgilius etiam *aristarum* vocabulo cum laude usus est, ferri, imo etiam laudari potest: sed ut *messis* urbem *obsidere* dicatur, tolerari nequit, quia extra naturam est. Peccat deinde Petronius in elegantiae leges, repetendo post tam breve intervallum voculam *metus*: quem cur *atrum* vocet, non video. An, quia apud Horatium *post equitem sedet atra cura*, & *atris litibus impliciti*, homines etiam metu atricolores fieri putavit, quos ego exfangues pallere semper existimavi? sed hic *ater* pro tristi, vel *metus* pro cura ponitur. Age demus hoc: verum an *vatis* quoque *fides dubia metu pendet*? An vero animi hominum? Porro,

*Quum Delio profante caesi vertices  
Idae trahuntur:*

quis

430 J. TOLLII COMPAR.

quis concedat hunc tumorem? sylvæ-  
ne ipsi *vertices* montium sunt, quia  
in verticibus eorum crescunt? Quis  
umquam veterum ita poëtarum? quis  
*vertices trahi* per somnum umquam  
vidit? aliter certe Ennius:

—— *Utinam me int vertice Peliaco  
Abiegna caesa cecidisset ad terram  
trabes!*

Pergit noster:

—— *Scissaque in molem cadunt  
Robora, minacem quæ figurarent  
equum.*

Nihil in his inest fani. Quid sunt e-  
nim *scissa in molem robora*? primum,  
quam tenuis vox *scissa* conjuncta cum  
grandiloquis & sonoris hisce, *molem*;  
& *robora*, & *cadunt*? deinde quo-  
modo *cadunt robora* tum demum, post-  
quam *in molem scissa* sunt? sed aemu-  
lari voluit Virgilium, dicentem, ve-  
rumtamen examinatus aliquanto,

—— *See*

PETRONII & VIRGIL. 431

—— *Seetaque intexunt abie-  
te costas.*

qui & *in molem robora* ipsi suppedita-  
vit, quum Danaos

—— *Immensam Calchas attollere  
molem  
Roboribus textis, caeloque edacere  
jussit.*

Tandem *minacem quæ figurarent e-  
quum*. Certe *minax* immanis ille e-  
quus fuit, *magnum exitium Priami  
imperio, Phrygibusque futurum*. Quin  
imo jam ipsis has minas naribus spira-  
bat, sicut deinde

*Captiva pubes intus dum murmurat,  
Roborea moles spirat alieno metu.*

O quam belle haec sibi conveniunt!  
quam haec montis instar *roborea moles*  
apprime eleganter *figurata* est, quæ  
nobis has elegantias peperit! nam &  
montes parturiunt aliquando, nequis  
me

me vaniloquum puter: sed pariunt non  
*minaciter figuratos* equos, verum ri-  
diculos mures.

*Aperitur ingens clostrum, & obdu-  
eti specus,  
Qui castra caperent.*

Apud Virgilium, *Laxat claustra Si-  
non*, sed emissurus milites inclusos.  
*Ingens* autem fecit hoc *clostrum*, quia  
Virgilius *ingentes cavernas* equo tri-  
buerat. Et sane *ingens* esse debuit,  
quod tota *castra caperet*: quum apud  
Virgilium *ingentes cavernae delecta*  
tantum *virum corpora* capiant. Quid  
igitur dicemus? nonne ipsum cum su-  
perare Virgilium τῶ τῆς ἐννοίας ταύτης  
μεγέθει? ego vero absque haesitatione;  
sed ut rana Æsopia bovem. At *obdu-  
eti*, id est segmentis tabularum clausi  
*specus*, quomodo capiunt castra? quo-  
modo *huc irata virtus abditur*? fateor  
me hoc non videre, quantumvis hoc  
clostrum apertum sit. Oculis enim  
*meis tenebrae obductae*. An sicut *aula*  
Luciæ

Luciliana *obducitur*, & retegitur, ita  
& hic *obducere* & *aperire* synonyma  
sunt? Sic puto. Ergo hanc Camari-  
nam ne amplius moveamus: totum ad-  
huc enim restat Augiæ stabulum per  
purgandum.

————— *Huc decenni praelio*  
*Irata virtus abditur. Stipant grā-  
ves*  
*Equi recessus Danai, & in voto la-  
tent;*

Ne *decenni* quidem *praelio* quispiam  
evincat, ut non haec putida sint, &  
inepta. Sunt tamen *equi recessus gra-  
ves*, inquiet aliquis. Recte, quia  
*ingentes*: vel *graves* armis onustique  
potius *Danat*, qui, ne conspicui sint,  
*in voto latent*. Quid tum? cum *vo-  
tum* pro equo votivo ponitur, ideone  
& haec *σχολαστικὴ νόσος* nobis *latet*?  
non magis, ac haec proxima:

*O patria! pulsas mille credidimus*  
*rates,*

Et

*Solum*

*Solumque bello liberum. Hoc titulus fero*

*Incisus, hoc ad fata compositus Simonis*

*Firmabat, & mendacium in damnum potens.*

O divine Poëta, quam tardus Æneas tuus fuit, qui tam fero exclamavit,

*O patria! ô divum domus Ilium,  
& inclita bello*

*Moenia Dardanidum!*

quum jam fatalis machina muros scanderet. At hic noster, antequam

*Jam turba portis libera ac bello carens,*

*In vota properaret, præpropere sanenorat, quis fero titulus incisus esset. Et hinc nata illa festina ac festiva exclamatio: cujus sublimitatem vovula solum mirifice erigit & sustentat: multo tamen magis mendacium in damnum potens. Quid? excidium Trojæ damnum vocabitur? Hostis*

*Hostibus eveniant talia damna meis:*

Ego certe illis facile ac lubens caruero;

*Jam turba portis libera, ac bello carens,*

*In vota properant. Fletibus manant genae,*

*Mentisque pavidae gaudium lacrymas habet,*

*Quas metus abegit.*

Jam turba portis erat libera, quia paulo ante solam bello liberum erat. Et in vota properant Troës. Contra Danaï in voto latent.

*Usque adeo largos haustus de fontibus magnis*

*Lingua suo suavis diti de pectore fundit.*

Quis jam neget Petronium copiosum ac disertum? quis pumicem affluere aqua? quis aridum neger & ficcum esse Virgilium? nam quod ille simpliciter, & unico versu, *Ec 2 Er*

*Ergo omnis longo solvit se Teucrïa  
luctu,*

videfis quam ornate id noster; quam  
lepide, quam venuste, versiculis duobus!  
quis porro non admiretur hanc elegantem sententiam?

*Mentisque pavidæ gaudium lacrymas  
habet,  
Quas metus abegit.*

Quomodo mens pavidâ habere potest,  
quod metus abegit? & quomodo ea  
pavidâ, quum jam bello Troës care-  
rent? sed illa exornatio non erat negli-  
genda, quae ex oppositione contrari-  
orum gaudii, & lacrymarum, habendi  
& abigendi, metus & laetitiae nascetur.  
Hem argutias! sic ad ipsum  
sublimitatis fastigium pervenitur: quum  
scilicet in re serâ lascivimus.

— Jamque Neptuno sacer,  
Crimen solutus, omne Laocoon replet  
Clamore vulgus;

Ante;

Antequam scilicet verbum vel de intuitu  
ipsius equi, vel de ejus in urbem  
inducendi consilio ac disputatione factum.  
Criticus hic aliquis *Neptuni sacer*,  
pro *Neptuno*, legeret, ut apud  
Prudentium, *Christi Valeriane sacer*,  
pro *Valeriano* Nicolaus Heinſius emendavit,  
si tanti foret ineptire. Sed sufficit  
ineptientem audire Petronium, cui  
Priamus, omnesque cum civibus effusi  
Trojanorum principes vulgus sunt,  
quia Virgilio post duorum principum  
diversas sententias

*Scinditur incertum studia in contraria  
vulgus.*

Belle sane. At Virgilius honestiore  
eos nomine *civis* compellari facit,  
quod omnes promiscue complectitur,  
tam magnates, quam reliquam plebem.

— Mox reducta cuspide  
Uterum notavit. Fata sed tardant  
manus:  
Ictusque resistit, & dolis addit fidem.

Ec 3

Quid

Quid hoc, *reducta cuspide*? grande profecto verbum, *cuspi* pro hasta: Sed quid, *reducta cuspi* an retrorsum acta, ut majore vi emitteretur? fateor me hanc phrasin hactenus ignorasse: quare illam *notabo*, non secus atque illa cuspide *Uterum notavit* Laocoon. Quem ego (pace hoc dixerim poetarum id ipsum affirmantium) non Neptuni sacerdotem fuisse puto, sed populi Trojani censorem. Adeo opportune & *vulgus* castigavit, & equinum *uterum* censoria *nota* infamavit. Vah! quam nihili prae hoc Laocoon ille Virgilianus, qui tanto labore

— *Validis ingentem viribus hastam*

*In latus, inque feri curvam compagibus abivum*

*Contorsit:*

quum hic tam facile, tam nullo negotio, postquam omne vulgus clamore repleffet, *reducta cuspide uterum notaverit!* ô virum fortem & strenuum, dignum

dignumque, *cujus fata tardent manus!* nam absque eo fuisset, etiam sic tantillo impetu, ipsum equum *reducta cuspide* pro tropaeo portae Scaevae affixisset, omni in posterum exitu Danaïs negaro, atque intercluso. Lubet hic lamentari,

*O Troja, ô Patria, ô Pergamum,  
ô Priame peristi senex,*

quia Petroniano Laocoonte caruisti! Quid? quod jam audire mihi videor ingentem, & ad instar devolutorum tonitruum sonorum *ictum*, qui *resilit*, & *dolis addit fidem*. Adeo grandisonae, si Dis placet, vocales aures meas implent, & perstreperunt: adeo

*Insonuere cavae, gemitumque dederere cavernae.*

*Iterum tamen confirmat invalidam manum,*

*Altaque bipenni latera pertentat.*

*Invalidam Laocoonti manum tribuit, cui validas vires dederat Virgilius, e-*



gregie. Sed nil valebat scilicet contra fata: unde & Virgiliana *hasta*, & Petroniana *cuspis* in *bipennem* mutatae sunt, qua *alta latera pertentat*, si forte Ovidianae *Metamorphoseis* inde effundantur: quo ipsi *tacitum pertentent gaudia pectus*. Ob istam *pertentationem*

— Fremit

*Captiva pubes intus, & dum murmurat,*

*Roborea moles spirat alieno metu.*

*intus* dicit, & vere. Nam in equum abdira erat. Hoc docendus eras lector. De *Roborea* hac *mole* supra nihil diximus. Quod autem ait eam *spirare alieno metu*, tale quid de tauro Phalaridis legisse memini, qui gemitus inclusorum mugitu suo representabat: de equo Trojano non memini. Donabimus igitur hoc equo Petroniano, qui procul dubio *Divina Palladis arte*, tubulos è ventre in os per collum deductos habuit, unde & missus

missus ille metuentium spiritus. Sed en novas argutias, si priores non suffecerint:

*Ibat juventus capta, dum Trojam capit.*

*Bellumque totum fraude ducebat mo-  
va.*

Illi igitur, qui patriae narrat excidium, in vocum (dd) ludere repetitione vacat? at quomodo juventus totum bellum fraude duxerit, velim aliquis dicat. An ut *blandis ducitur hora dolis*, apud Propertium? ἢ δήλον, ὡς σχολαστικὴ νόησις ὑπὸ περιεργίας λήγει εἰς ψυχρότητα?

*Ecce alia monstra. Celsa quā Tenedos mare*

*Dorso repellit, tumida consurgunt freta;*

*Undaque resultat scissa tranquilla minor.*

*Ecce alia monstra, quia Virgilius; Ecce manus juvenem. Et deinde, Hic aliud*

*aliud majus miseris &c.* Sed ubi sunt monstra priora? equus erat monstrum horrendum, informe, ingens, instar montis. Nunc *Tumida consurgunt freta*, propter duos angues scilicet. Corrupta judicia, ubi *celsa* affectant, ad *tumida* delabuntur. Hinc *unda resultat*, eaque *scissa*, ut supra *scissa in molem roborata*, & quidem *tranquillo minor*. Quod quid sit nescio, &, quamvis inconsulto criticorum principe, tò *minar* pro mari nobis à descriptoribus subjectum puto. Virgilius enim Tenedo *tranquilla per alta* advenisse angues dixit, quem Petronius summo cum judicio aemulatus est;

*Qualis silenti nocte remorum sonus  
Longe refertur, quam premunt claf-  
ses mare,*

*Pulsumque marmor abiete imposita  
gemit;*

Ego vero ab istis *tumidis* fretis longe majorem strepitum expectaveram. Sed *longe refertur*, & ego furdaster sum, Sim-

Simpliciter Virgilius, *fit sonitus spru-  
mante salo*, recte. Sed quantos istos angues fuisse Petronius imaginatus est, qui non uni eos classi, quod ad sonitum, comparavit, praesertim dum *pulsum marmor abiete imposita gemit?* quorsum item haec nunc adhibita comparatio, quum post paulo demum de caudarum sonitu locuturus sit? scilicet ut *respiceremus*. Ad quid quaeso?

*Respiciamus: angues orbibus geminis  
ferunt*

*Ad saxa fluctus;*

Utri ferunt, fluctus, an angues? ambigua sane oratio est. Si feruntur à fluctibus, perquam ignavi sunt prae illis Virgilianis, qui *immensis orbibus*

*Incumbunt pelago, pariterque ad li-  
tora tendunt.*

Sin ipsi ferunt fluctus, id est, ad litus propellunt, cur non *immensis* potius, quam *geminis orbibus?*

— *Tumida quorum pectora,  
Rates ut altae, lateribus spumas a-*  
*gunt.*

*Dant caudae sonitum*

Superius *tumida* fuerant *freta* ab anguibus, quibus nunc *tumida pectora*. Nec mirum, quia *rates ut altae*. Virgilius *arrectis inter fluctus pectoribus* contentus erat, quia hoc denuum vel duodenum circiter pedum anguibus describendis sufficere videbatur: noster nobis pro anguibus balenas repraesentat. Ἀλλὰ τὸ μὲν οἰδῆν ὑπεροίρειν βάλειται τὰ ὕψη.

— *Liberæ ponto jubæ*  
*Consentiunt luminibus: fulmineum*  
*jubar*

*Incendit æquor, sibilisque undæ*  
*tremunt.*

*Liberæ ponto jubæ*, ut supra *juventus portis libera*, & *solum bello liberum*, mira varietate copiamque sermonis. *Consentiunt luminibus*, optime! Nam

Nam *Concordia res parvæ crescunt*, Hinc ex adunato fulgore ipsum *fulmineum jubar incendit æquor*. Sed hoc nihil. *Sibilis undæ tremunt*. Pulcherrime; quia apud Virgilium *stetit hasta tremens*. Quam vero tremuisse Trojanos existimandum est, quum illos sibilos audirent, quis ipsæ *undæ tremere!* ergo

*Stupere mentes. Infulis stabant sacri*

*Phrygioque cultu, gemina nati pignora*

*Laocoonte, quos repente tergoribus*  
*ligant*

*Angues corusci.*

*sacri infulis*, quid hoc est? nam qui *sacros* hic interpretatur sacerdotes, nã ille hirco supponit cribrum, dum alter eum mulget. Sed unde hoc accepit, Laocoontis filios *infulatos* fuisse? cur non & *tunicæ manicæ*, & *habent redimicula mitræ*? nam de *Phrygio cultu*, nisi Petronius nos monuisset, nemo

446 J. TOLLII COMPAR.

nemo nostrum ne cogitasset quidem: adeo obtusa pectora gestamus. Potuissent enim pro patria veste vel Getico, vel Indorum ornatu cultuque insignes patri adfuisse gemina illa pignora Laocoontis, nati Laocoonte. Huius elegantias! atqui nihilominus illos repente, antequam scilicet ad litus appulissent, tergoribus ligant angues corusci, quorum fulmineum jubar incendebat ipsum aequor.

————— Parvulas illi manus  
Ad ora referunt: neuter auxilio  
sibi,  
Uterque fratri transtulit pias vices;  
Morsque ipsa miseros mutuo perdit  
metu.

Sit tibi terra gravis, Virgili, qui tam egregium nobis, ac tam illustre pietatis caritatisque fratrum mutuae exemplum invideris. Quid vero tibi boni precer, Petroni; qui tam grandi nos beasti bono? quid? nisi ut te perpetuum pueros inter, atque magistrorum  
jube.

PETRONII & VIRGIL. 447

jubeam plorare cathedras. Nihil praeter his Laocoontis filiis Arria Paeti, qui uterque pereunt fraternae mortis metu. O fortes pueros, & in ipsa Socratis, aut Zenonis schola educatos! non mirum igitur, si parens tam sedulo ad eorum tutandam vitam accurrat;

Accumulat ecce liberum funus parens  
Infirmus auxiliator!

Funera carminis ratio non admittit. Ideo funus unum duorum fuit, sicut mox una mors. Ecce vero, sed nimis sero, infirmus auxiliator accurrat: qui ipse auxiliatore egebat, ut haec paulo essent sublimiora. Nam Virgilius submissus, post ipsum auxilio subeuntem. Quare

————— Invadunt virum  
Jam morte pasti, membraque ad terram trahunt;

procumbit igitur humi bos. Sed apud Virgilium prius aliquamdiu cum angibus

bus luctatur Laocoon, *virum se praestat*, quod hic non facit, quum eum *invadunt angues jam morte pasti*. Merum nobis hic lac gallinaceum Petronius propinat: contra ea acetum Virgilius, cum dicit, & *miseros morsu depascitur artus*. Verum ἐδὲν ἐμπότῃ-  
 ποῦ ὑδρωπικῆ.

*Facet sacerdos inter aras victima,  
 Terramque plangit. Sic profanatis  
 sacris  
 Peritura Troja perdidit primum  
 Deos.*

Satis haec picta sunt & arguta. Nam sine lepore res tam suavis transigi non potest. Sed qui sic amissi Dii sunt? quis illa sacra profanavit? angue sine, an Laocoon? Trojanorum credo haec culpa fuit, & hinc ob tantum scelus irati Dii Trojam reliquerunt. Quid enim immani excogitari potest, quam quod *sacerdos* in littore, ab impiis profstratus anguibus, *inter aras victima jacet*? At absque hoc imitatio Virgillii non

PETRONII & VIRGILII 449  
 non procederet; apud quem *Excessere omnes adytis, arisque relictis Dii*.

*Jam plena Phoebe candidum extulerat jubar  
 Minora ducens astra radianti face.*

Interèa dum angues isti Laocoontem ut victimam mactant, nil interim à Trojanis factum: non inductus in urbem equus, non ad templa, nec ad epulas concursus. Haec omnia Petronius nihili fecit, & ne commemoranda quidem duxit, mira brevitate, ut scilicet *plena Phoebe astra minora duceret radianti face*, eodem tempore, quo apud Virgilium

(EE) ——— *Ruit Oceano nox,  
 Involvens umbra ingenti terramque  
 polumque,*

quoque Argiva phalanx ad urbem accedit *per amica silentia lunae*. Sed haec nullius momenti: astra vero ad choream ducere majoris erat operae pretium, quod sine *radianti face* Luna  
 FF praec

430 J. TOLLII COMPAR.

praestare non poterat. Absque illa namque in tenebris fortean caespitalis-  
sent.

*Quum inter sepultos Priamidas no-  
cte & mero*

*Danaï relaxant clostra, & effun-  
dunt viros.*

Nocte pro somno, elegans & perquam tempestivus hic est tropus, praesertim ubi jam Luna plena candidum extulerat jubar; ego vero sepultos in tanta luce versari nesciebam. Unde porro hi Danaï, qui clostra relaxant? Sinoni dederat hoc muneris Virgilius: & sic emissi principes

— *Caedunt vigiles, portisque  
patentibus omnes*

*Accipiunt socios.*

At hic tropus est, inquiet aliquis, seu mutatio numeri. Agnosco ingenium, sed multo etiam magis judicium Poëtae. Dein Danaï effundunt viros, quia apud Virgilium, *Arduus arma-  
tos*

PETRONII & VIRGIL. 431

*tos mediis in moenibus astans fundi  
equus. Doctum imitatore! Haec  
vero plane Jovis cerebrum, quae se-  
quuntur:*

*Tentant in armis se duces, cœti uti  
solet*

*Duro remissus Thessaliae quadrupes  
jugo*

*Cervicem & altas quater ad excu-  
sum jubas.*

*Gladios retractant, commovent or-  
bes manu,*

*Bellumque sumunt.*

Quam stupidus prae Petronio Virgilius, qui haec ne cogitavit quidem, & tam festivam nobis comparisonem neglexit! Est enim perquam credibile, hominum, qui tamdiu in equo latuerant, stupefacta fuisse genua sedendo, brachiaque obriguisset frigore. Illam igitur segnitiam hac armorum ventilatione, & rotatione clypeorum jure illis ac merito demit auctor, cujus sublimis sensus vix assequor. Imo nec e-

452 J. TOLLII COMPAR.

legantias dicendi. Quid enim hic est bellum sumere? Anteaene solida pax erat? Sed hi boni milites ad praelium se parant:

— *Hic graves alius mero  
Obtruncat, & continuat in mortem  
ultimam  
Somnos.*

Paulo jam ante sepulti mero Priamidæ. Sed merum quoque sepelire memoriam dicitur. Quum vero in mortem ultimam somnos continuat Petronius, videtur mihi perquam facetus, qui in aliena morte ludere sustineat. Quid? Virgilius igitur tam tardus ingenii, qui istiusmodi argutias nec hic, nec Lib. IX. Æn. excogitare potuerit? Scilicet. At Petronius mirum in modum επινοητικός. Ideoque statim

— *Ab aris alius accendit faces,  
Contraque Troas invocat Trojæ sa-  
cra*

supplice genu, & oratione longa, &  
soms

PETRONII & VIRGIL. 453

composita. Qui enim pote melius? Praeclare igitur scholasticus noster, seu potius (nequam illi injuriam faciam, utque illos homines placem, qui hanc crisin meam non tam aegre ferunt, quam veteres scriptores nimium amant) scholasticorum princeps, amorque & deliciae eruditorum, tragicam hanc suam finit cantilenam, & argutum carmen argutissima sententiola obsignavit. Audiamus contra Virgilium:

— *Fracti bello fatisque repulsi  
Ductores Danaum, tot jam laben-  
tibus armis,  
Instar montis equum divina Palla-  
dis arte  
Ædificant, sectaque intexunt abie-  
te costas.  
Votum pro reditu simulant: ea fa-  
ma vagatur.  
Huc delecta virum sortiti corpora  
furtim  
Includunt coeco lateri: penitusque  
cavernas  
Ingenteis, uterumque armato milite  
complant.* Ff 3 Nes

454 J. TOLLII COMPAR.

Nos abiisse rati, & vento petiisse  
Mycenas.

Ergo omnis longo solvit se Teucria  
luctu.

Panduntur portae: juvat ire & Do-  
rica castra,

Desertosque videre locos, litusque  
relictum.

Primus ibi ante omnes, magna co-  
mitante caterua,

Laocoon ardens summa decurrit ab  
arce:

Et procul, ô miseri, quae tanta in-  
sania, cives?

Creditis avectos hostes? Aut ulla  
putatis &c.

Sic fatus validis ingentem viribus  
hastam

In latus, inque feri curvam com-  
pagibus abivum

Contorsit. Stetit illa tremens, u-  
teroque recusso, &c.

Fracti bello. Modesta est, sed efficax  
& usitata tralatio. Fatisque repulsi. Et  
haec talis est.

Dui

PETRONII & VIRGIL. 455

Ductores Danaum. Recte. Nam  
consilia ad Duces pertinent. Tot jam  
labentibus annis Nihil hic tumidum,  
neque item abjectum.

Instar montis. Hyperbole, cujus  
frigus tollitur, quia Divina Palladis  
arte. Dis nil nisi magnum convenit.

Seetaque intexunt abiete costas. Ex  
ipsa natura haec ducuntur.

Votum pro reditu simulant, &c.  
Neque haec turgent, & est vitae con-  
veniens narratio.

Corpora virum, periphrasis perquam  
usitata.

Coeco lateri. Id est obscuro. Et  
haec inaudax translatio est.

Cavernas ingentes. Quia equus erat  
instar montis.

Armato milite. Non totis castris,  
ut Petronius. Estque hic singularis nu-  
merus valde aptus hoc loco ad veram  
orationis grandiratem.

Sequentia nihil habent affectati, aut  
frigidi. Omnis Teucria. Ut apud He-  
todorum ὄλον θέητρον. Longo luctu. Mi-  
re id adjectivum doloris tempus diu-

Ff 4

tur-



456 J. TOLLII COMPAR.

turnum exprimit. Praeterea versus ipse moram adjuvat tarditate, qui meris constat spondaeis.

*Panduntur portae.* Res per praefentis temporis verbum nunc agi videtur.

*Juvat ire.* Ipsa voluptas, quam ex hac liberatione omnes ceperant, hoc verbo demonstratur.

*Ardens.* Laocoontis animi ardor, errorem civium tanto cum periculo conjunctum compescere volentis, hinc mirum in modum elucet.

*Validis, &c.* Adjuvant haec se invicem, & adaugent.

*Insonuere cavae, gemitumque dedere cavernae.*

*Et si fata Deum, si mens non laeva fuisset,*

*Impulerat ferro Argolicas foedare latebras, &c.*

*Laocoön, ductus Neptuno sorte sacerdos,*

*Solemneis taurum ingentem maetabat ad aras.*

*Eccē*

PETRONII & VIRGIL. 457

*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta (Horresco referens) immensis orbibus angues*

*Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt:*

*Pectora quorum inter fluctus arrepta, jubaeque*

*Sanguineae exsuperant undas; pars cetera pontum*

*Pone legit, sinuatque immensa volumine terga.*

*Fit sonitus spumante salo: jamque arva tenebant,*

*Ardentesque oculos suffecti sanguine & igni,*

*Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.*

*Diffugimus visu exsanguis. Illi agmine certo*

*Laocoonta petunt, & primum parva duorum*

*Corpora natorum serpens amplexus uterque*

*Implicat, & miseros morsu depascit artus.*

*Ff 5*

*Post*

Post ipsum auxilio subeuntem ac te-  
la ferentem

Corripiunt, spirisque ligant ingen-  
tibus, & jam

Bis medium amplexi, bis collo squam-  
mea circum

Terga dati, superant capite & cer-  
vicibus altis.

Ille simul manibus tendit divellere  
nodos,

Perfusus sanie vittas, atroque ve-  
neno:

Clamores simul horrendos ad sidera  
tollit, &c.

Inclusos utero Danaos, & pinea  
furtim

Laxat claustra Sinon. Illos patefa-  
ctus ad auras

Reddit equus, laetique cavo se robo-  
re prominent.

Invadunt urbem somno vinoque se-  
pultam.

Caeduntur vigiles; portisque paten-  
tibus omnis

Accipiunt socios. —

Insonuere cavo. e. Nihil hic tumidi.

Laoc.

Laocoon ductus. Haec certe elegan-  
tia & nitida cum gravitate.

Ecce. Opportune. Nam hic exci-  
tandus auditor erat ad novitatem casus  
accipiendam cum attentione.

Immensis orbibus. Nam postea dicit  
collo eos & capite super Laocoonem  
existisse. Et ideo quoque horrescit re-  
ferens.

Jubaeque. Haec ex ipsa desumpta ve-  
ritate: nihil in his turgidum.

Fit sonitus. Sed nulla ejus magni-  
tudo exprimitur.

Ardentesque oculos. Non possunt  
verius aut elegantius depingi.

Diffugimus visu exsangues. Ita  
monstrorum immanitas merebatur.

Agmine certo. Ut ostendar non casu  
hoc accidisse, sed numine Deum.

Parva. Ad commiserationem hoc  
epitheton additur. Hic autem nihil  
nugarum, ut in Petronio.

Spiris ligant ingentibus. Supra im-  
mensis orbibus. Ad terrorem incutiend-  
um. Debebantque esse ingentes, quae  
bis medium amplexi, bis collo cir-  
cum-

cum-

cumdati cervicibus altis, & capite superarent.

*Ille simul.* Illud *simul* repetitum ce-leritatem mali obruentis indicat, ideoque oratio est *ἀσβυδτος*.

*Vittas.* Ad commiserationem, utpote cui nihil profuerit sacerdotium. *Clamores simul horrendos.* Nam horrenda sane est haec mortis facies: & illud *horrendos* insigniter diritatem abominandi mali, angoremque reluctantis, sed frustra, Laocoontis exprimit. *Inclusos utero.* Sequentia haec simpliciter narrantur, & graviter: nihil in his ad ostentationem scholasticae concinnitatis: nullae argutiae.

Non possunt autem de singulis multa dici, quia omnia bona sunt, & exactum iudicium poetae emendatissimi, & Latinorum omnium principis, facile produnt.

Quaeret aliquis fortasse, quae mea de altero Petronii carmine, quo bellum civile Caes. & Pompeji descripsit, sententia sit? quamquam multa sunt, quae me deterrere possint, quo minus  
eam

eam libere promam, tamen id quoque invidiae in gratiam studiosae juventutis admittere non gravabor. Est igitur hoc carmen, me iudice, plane declamatorium, & tantum à Lucano, quem figurate perstringit, magnitudine remotum, quantum flammulae ex stipulis excitatae ab ardore ac splendore solis, aut torrentes rivuli ab Euphrate, vel Nilo distant. Excutiatur totum carmen, enucleentur singulae partes: inania omnia, dissoluta, putida deprehendentur: & si quid in eo magnitudinem aliquam respicere videtur, id ipsum ab aliorum imitatione derivatum est. Inventio certe inepta est, & scholastica: & quum Lucanum arguat, quod non per Deorum ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum, liberum spiritum praecipitet, ipse vere insanit, dum se furentis animi putat uti vaticinatione. Adverte, quaeso, quisquis haec legis, quam insulse post illam futilem, & ad ostentationem comparatam declamationem in sui seculi luxum, Ditem patrem ex orco e-  
vocet,

462 J. TOLLII COMPAR.

vocet, qui Fortunam inepta oratione  
 laceffat. Dicit scilicet Romana luxuria  
 curae est. Hoc Ditem, & *manes cre-  
 dit curare sepultos*. Numquam me le-  
 gisse memini Plutonium supra curare.  
 Jovem didici, & Deos superos rebus  
 humanis providere. Sed quia Roma-  
 ni tellurem molibus insanis perfodie-  
 bant, ideo Fortunae injungit, ut *mu-  
 tet pacatum in praelia vultum*. Vides,  
 quam graves causae tantarum irarum.  
 Dein, quam stulta ratio, *Jampridem  
 nullo perfundimus ora cruore, Ex quo  
 Syllanus &c.* Ergo pro tellure bibit  
 ipse sanguinem, cum bella geruntur:  
 & Galli, Germanique, & reliqui po-  
 puli, à Caesare, aliisque, tanto nu-  
 mero, ac tot bellis caesi, devenere  
 credo in limbum, seu, ut vocant, pur-  
 gatorium aliquod, in quo ad tempus  
 substiterint, antequam ad Plutonium  
 pervenirent. Quam vero comis est ille  
 Pluto, qui *tellurem rupto solvit hiatus*,  
 ut Fortunae dextram porrigat? Apage  
 ineptias. Tandem Discordia venit can-  
 tico ferme peracto, & *μετὰ τὴν ἐορτὴν*,  
 ut

VIRGILII & HOMERI. 463

ut Plato ait. Ecce quam belle bonus  
 Petronius Deorum adhibuerit ministe-  
 rium, ut tam grande carmen absolve-  
 ret. Sed & dispositio nulla est; nec  
 valet elocutio. Nimirum tam multa  
 inepta, frigida, turgida, insana,  
 puerilia, cum quod ad sensus, tum  
 quod ad ipsam elocutionem reperias,  
 ut me judicii tot eruditorum hominum  
 pudeat pigeatque, qui haec vel non  
 adverterint, vel non monuerint. Non  
 enim extra sanitatem modo sunt, sed  
 & extra naturam.

---

VIRGILII  
 ET  
 HOMERI  
 COMPARATIO.

**I**nvidiam non metuo, Lector, ubi  
 recti bonique sibi conscius animus est,  
 & facti ratio constat. Promissi supe-  
 rius cum Homero me collaturum Vir-  
 gili-

gilium, & cum Sophocle Senecam Tragicum. Quod ad illustrandum Longinum meum à me aliquando cogitatum & inchoatum fuerat, id nunc iudicii tui confirmandi, atque etiam delectandi gratia absolvam. Si quid hic autem inconsultum, & à recta ratione, veritateque alienum, aut iudicio minus firmo subnixum protulero, ea me comitate corrige, qua tuo ego vel commodo, vel otio inservio. Ἀπίτω φθόνος : ἀπίτω βασανία : absit & praeconcepta opinio, quae plerisque solet hominibus imponere. Suscepi ego Graecos tueri; & argumentis, ut mihi quidem videtur, non invalidis, primam eis gloriam asserere, quam nunc inertia seculi Latinis injustissime tribuit. Nec ideo Latinos culpo, carpove; sed alteram illis, non primam palmam tribuo: & in iudicio aequissimo ipsos habeo mihi faventes, contra quos pronuntio. Ad haec, si quemquam veterum Latinorum, Virgilium amo, facioque maximi: & infinitas ei, ut

egregiis aliis omnibus Scriptoribus, &

go

go gratias, quod posterorum, adeoque & meae voluptati, utilitatisque, sua impenderit tempora. Tantum abest, ut ex illius, aliufve bene de posteris meriti, vituperio, velut alter Zoilus, memet studeam approbare; & ex aliena contumelia ingenii mihi famam comparare. Infelicis id indolis est, & pravae: cujusque suspicio multo magis evitanda est, quam illa alicujus ingenii acuminis gloriola appetenda. Quod si cui tamen nec sic satisfaciam, illi utpote molestiori in aurem dicam, quod à Fabio me didicisse memini; *Quicquid libris dedicatur, & in exemplum editur, tersum, ac limatum, & ad legem ac regulam compositum esse oportet; quia venit in manus doctorum, & iudices artis habet artifices.*

Duos Virgilius Æneae suo adversarios dedit, in quibus animi virtutem exerceret, Didonem & Turnum: & Didonem quidem nobis exhibuit è castissima impudicam: contra quam Homerus fecit, qui ex impudica Penelope

Gg

pe

pe exemplum omnibus seculis effinxit castitatis. Erat hic locus ingenio; erat & iudicio: materia suppeditata per ampla, longaeque sufficiente disputationi. Sed hac omissa, neglectisque aliis multis, extrema Turni cum ultimis Hectoris Homericis conferantur, ad cuius ille imaginem à Virgilio effictus est. Docere solent in scholis suis Rhetores, eo clariorem fortis viri famam esse, quo maiores sint, quos ipse vicerit. Cito gloriam obsolescere in sordidis hostibus: nec bonitatis esse, pessimis esse meliorem.

*Vis cursu vincere, pedibusve gloriari?*

*Tigra vince, levemque Passerium.*

*Non est gloria praeterire asellos*  
Martial.

Servius ad illa Virgilio: *sunt mihi bis septem &c. Bene, ait, etiam laudat istas ut major sit in Deiopeia pulchritudinis gloria. Laudabilis est enim*  
*super-*

*superare laudatos, ut ipse ad majorem Aeneae gloriam laudat & Turnum. Habent haec illi, ut alia omnia ex nostro, quem producturi sumus, Homero: qui, ut Achillis gloriam amplificaret, Hectorem finxit multis partibus non Trojanorum modo, verum etiam, si unum excerpseris Ajacem, Graecorum omnium fuisse fortissimum, pollentemque non tantum corporis robore, sed & animi ingenti magnitudine. Ergo apud Homerum moriturus Hector, à Dea Minerva deceptus, frustratusque falsa sub imagine fratris, & cum adversario nec Dis, nec viribus aequis pugnaturus, quid ait?*  
Il. X.

Οὐ σ' ἔτι Πηλέος υἱὲ Φοβήσομαι, ὥς το πάρος περ

Τρίς περὶ ἄστυ μέγα Πριάμει δῖον, εἶδε ποτ' ἔτλην

Μεῖναι ἐπερχόμενον· νῦν αὖ τέ με θυμὸς ἀνήκε

ἐτήμενοι ἀντίᾳ σείο, ἔλοιμ' κεν, ἦκεν ἄλοϊμην.

468 7. TOLLII COMPAR.

Ἄλλ' ἄγε δεῦρο θεὸς ἐπιδώμεθα, τοι γὰρ  
ἄριστοι

Μάρτυροι ἕσσονται, καὶ ἐπίσκοποι ἁρ-  
μονιάων.

Οὐ γὰρ ἐγὼ σ' ἐκπαγλον ἀεικιάω, ἄικεν  
ἔμοι Ζεὺς

Δῶν καμμονίην, σὴν δὲ ψυχὴν ἀφέλω-  
μαι.

Ἄλλ' ἐπεὶ ἄρ κέ σε συλήσω κλυτὰ τεύ-  
χε', Ἀχιλλεῦ,

Νεκρὸν Ἀχαιοῖσιν δώσω πάλιν· ὡς δὲ σὺ  
ῥέξειν.

Admirabile hic est Poëtae artificium ta-  
citurum in Hectore mortis praesagium ex-  
primentis, cum vincendi spe nihilomi-  
nus colluctans: ideoque molliores vi-  
cto conditiones ferente, si forte ead-  
em ipse à victore impetrare posset,  
quem se fortiorem esse agnoscebat.  
Unde neque sibi victoriae laudem, si  
forsan ea obtingat, sed ipsi Jovi adsi-  
gnat, qui saepe victorem perculit ab  
abjecto. Contra ferox ille, & immi-  
tis, atque inexorabilis Achillis ani-  
mus, sui sibi roboris, ac invictarum  
virium

PETRONII & VIRGILI 469

virium conscius, amissi Patrocli sui do-  
lore irritatus, ita in iis, quae sequuntur,  
elucet, ut videre eum mihi vi-  
dear non dubia spe, sed certa sibi fidu-  
cia victoriam arrogentem, omni acer-  
bitate amariorem spirare caedem, cae-  
soque hoste in illius cadaver conrumie-  
liam. Postquam vero comperta Mi-  
nervae fraude Hector sibi instare fatum  
sensit, num abjecto animo, voceve  
degeneri salutem petit, aut fugam?  
minime. Quid igitur?

Μὴ μὲν ἀσπεδεῖ γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοί-  
μην;

Ἄλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἕσσόμενοισι πυ-  
θέσθαι.

Maeste hoc animo Hector! Quid tum?  
lethali vulnere percussus hoc unum  
precatur, ne inanime corpus suum ali-  
tibus canibusve praeda fiat, sed paren-  
tibus reddatur ad sepulturam. Hae  
preces ultimae, & inde mors magno  
animo invictoque.

In Virgilio omnia comta magis, &

omni cultu curaque exornata: grandia tamen, & magnifica, splendida, illustria, & quamvis laudem vincant: sed ad illam Homericorum affectuum veritatem ac δεινότητα non accedentia. Hanc ut quis perfecte sentiat, animo sit oportet magno, & supra adulatoriam humilitatem, abjectionemque longissime everso, eque suo fastigio fractos depressosque servilis ingenii spiritus despiciente. Nos autem, quod non possumus, conamur. Tentemus igitur. Quod Homerum superius fecisse diximus, id ipsum & Virgilium imitatum jam Servius docuit. Quod Achilles Homero, Virgilio est Æneas; quod illi Hector, huic Turnus. Agendum conferantur. Ita vero Achilles apud Homerum:

Μή με κύνων γένων γενάζω, μηδὲ το-  
κίων,

Δι' γὰρ πῶς αὐτὸν με μένος καὶ θυμὸς ἀ-  
νεῖη

Ὅμ. ἀποταμιζόμενον κρέα ἐδμεναι, οἷα  
μ' ἐσργασ.

Ὅμ

Ὡς ἐν ἔς' ὄς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ὄν-  
παλάλκοι,

Οὐ δ' εἰ' κεν δεκάμισ τε, καὶ εἰκοσι νήριτ'  
ἀποινα

Στήσωσ' ἔνθαδ' ἄγοντες, ὑπόσχονται δὲ  
καὶ ἄλλα.

Ingens haec est exasperati dolore animi acerbitas: & primum, quid isto convicio, quo *canem* eum compellat, & non modo non suo, sed ne humano quidem dignatur nomine, amarius? dein, quod vel crudas ejus carnes devorare se exoptare dicit, nisi animus & ratio obstaret? Agnosco in his totum Achillem, saevum, dolore tantum insanientem, omnia humana pacta, ipsamque adeo humanitatem, respicientem. Quid Æneas apud Virgilium?

Ille oculis postquam saevi moerimenten-  
ta doloris,

Exuviasque hausit: furis accensus;  
& ira

Terribilis, Turn' hinc spoliis indute  
meorum

Gg 4

Eri-



*Eripiare mihi? Pallas te hoc vul-  
nere, Pallas*

*Immolat, & poenam scelerata ex  
sanguine sumit.*

Tolle, furis accensus, & ira terri-  
bilis, quae poëtae verba sunt, quae,  
obsecro, in illa sententia furoris ac ir-  
rae est demonstratio? *Tum' eripiare  
mihi?* haecine verba furoris sunt?  
Fateor quidem illam nominis Pallantis  
ingeminationem multum habere acer-  
bitatis, ut eo majore cum dolore Tur-  
nus moriatur: adhaec vox *immolat* ip-  
sum tamquam victimam manibus Pal-  
lantis inferias mactari indicans, & ipsa  
ad augendum Turni dolorem non in-  
efficax est. Verum tamen longe illa  
infra iram sunt, quae furori sit proxima.  
Quod autem *scelerati sanguinis*  
convicium Turno Aeneas ingerit, ne-  
scio an illius id faciat merito. Nil e-  
nim in Pallante occidendo nisi hostem  
egerat: nec injusta Turno belli cau-  
sa. Praeterea nec barbarus Turnus  
Aeneae, sed ipse potius Aeneas Tur-  
no

no videri barbarus potuit: unde il-  
lud,

————— *Da sternere corpus  
Semiviri Phrygis, & foedare in  
pulvere crimes  
Vibratos calido ferra, myrrhaque  
madentes.*

Quae contra in Hectore diversa. Bar-  
bari enim Graecis omnes exteri. Dein  
scelesti erat, injustissimaque causa Tro-  
janorum raptum Paridis defendentium:  
tum vero Homericus Achilles pio Aë-  
nea multo immanior describitur. Ita  
ut τὸ ἄλασε, quo convicio Achilles  
Hectorem compellat, in Achille sit to-  
lerabile, praesertim quum multo gra-  
vius in caede Patrocli, amasii sui, &  
contubernalis ipse laesus esset, quam  
in nuper adscito belli socio Pallante Aë-  
neas. Quod si igitur leniores Aeneae  
mores clementiam illam rucantur ver-  
borum, seu sententiae praecedentis,  
ab iisdem merito convicium illud esse  
debuisse videtur remotissimum quod

474 J. TOLLII COMPAR.

ne sic quidem ad acerbitatem vocis ἀλασε accedit, quia non ad ipsum Turnum, sed ad ejus sanguinem, velut ad tertiam, & quasi aliam personam appellatio *scelerati* dirigitur. At haec dissimulari poterant. Poteritne & illa in Turno animi abjectio, qua suppliciter ab hoste vitam petit, eique sponsa Lavinia, propter quam diuturnum illud, & utrique genti, tum victrici, tum victae dirum bellum gestum fuerat, tam aequo animo cedit?

*Ille humilis, supplexque oculos, dextramque precantem*

*Protendens, equidem merui, nec deprecor, inquit:*

*Utere sorte tua. Miseri te si qua parentis*

*Tangere cura potest, oro: fuit & tibi talis*

*Anchises genitor, Daunii miserere senectutae.*

*Et me, seu corpus spoliatum lumine matris,*

*Redde meis. Vicisti, & victum tendere palmas*

VIRGILII & HOMERI. 475

*Ausonii videre. Tua est Lavinia conjux.*

*Ulterius ne tende odiis.*

Conferamus preces Hectoris:

Τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφη κορυθαίολος  
Ἔκτωρ.

Λίσσομαι ὑπὲρ ψυχῆς καὶ γένων, ὧν τε  
τοκῆων,

Μὴ με ἔα παρὰ νηυσὶ κύνες καταδάσσει  
Ἀχαιῶν,

Ἄλλὰ σὺ μὲν χαλκὸν τε ἄλις, χρυσοῦν  
τε δεδέξο,

Δῶρα, τὰ τοι δώσασσι πατὴρ καὶ πότνια  
μήτηρ.

Σῶμα δὲ οἴκα δ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν, ὅ-  
φρα πυρὸς με

Τρῶες καὶ Τρῶων ἄλοχοι λελάχουσι θα-  
νόντα.

Amavi semper vetus illud. Nec preces frustra perire passus est: neque ullius unquam me rei magis poeniter, pigetque, quam cum meorum hortatibus ad hanc animi parvitatem delabor. Qua-

re

re in heroibus, quibuscum ne comparandus quidem sum, nihil minus quam abjectum animum fero, & in primis mortis metum, quem vel feminae non nimium timidæ sæpissime vicerunt. Quid vero hic Turnus à Phineo differt, de quo Ovidius:

## Supplex

*Confessasque manus, obliquaque  
brachia tendens,*

*Vincis, ait, Perseu: remove fera  
monstra, Deaque*

*Saxificæ vultus, quaecunque ea,  
tolle Medusæ.*

*Tolle, precor. Non nos odium, re-  
gnive cupido,*

*Compulit ad bellum: pro conjuge  
movimus arma.*

*Causa fuit meritis melior tua; tem-  
pore nostra.*

*Non cessisse p'get. Nihil, ô fortissi-  
me; præter*

*Hanc animam concede mihi: tuâ  
caetera sumo.*

Atqui

Atqui hunc jure *timidissimum* Perseus appellat, quod animi vitium à Turno & abfuit, & abesse debuit quam longissime. Objicient aliqui forsân fugam Hectoris, quam & in Turno Virgilius imitatus est. Sed

Φεύγει γὰρ τοι ἧ οἱ θρασεῖς, ὅταν κέ-  
λας

Ἦδη τὸν ἄδην εἰσποῶσι τῆ βίῃ.

Uti Creon apud Sophoclem loquitur. At vitam rogare plane femineum est, atque ipsis etiam, à quibus vel petitur, vel conceditur, exosum, contentumque. Sic in Perseo Paulus Macedonicus insanum hunc amorem vitæ derisit: contra in Poro mortem contentemente magnitudinem animi Alexander suspexit, atque adamavit (Ζ). Absoluto hoc Virgilii cum Homero comparationis specimine, quamquam de universo utriusque opere, arteque imitandi Virgiliana, multa, ac fortasse non absurda, dici possent, ad alteram promissi partem, id est ad Seneca

478 J. TOLLII COMPAR.  
cae cum Sophocle comparationem;  
transcamus.

S E N E C A E  
E T  
S O P H O C L I S  
C O M P A R A T I O.

*Ad Longini Sect. XIII. & XIV,  
de Imitatione.*

**D**ixi superius, in usum præcipue  
publicum, & meum, hoc me  
contilium secutum. Ut id constet,  
nec sequius quidquam homines eruditi  
de me possint suspicari, ipsissimis hanc  
opellam meam verbis hic inferere con-  
stitui, quibus ea commentatiuncula  
ad illustrandam Longini editionem in  
initio concepta fuit. Ea ita se habent.  
Ad haec duo capita illustranda unus suf-  
ficiet Seneca, qui in Hercule suo Oe-  
tao

SENEC. & SOPHOCLE. 479  
tao (si haec Senecae fabula est) pro-  
posita sibi praestantissimorum poetarum  
exempla tam nullo judicio imitatus est,  
ut vereat, ne, si ad legem veritatis  
animi sensum exposuero, acerbus ni-  
mis alienorum scriptorum censor esse  
videar. Excutienda nihilominus pars  
quaedam hujus erit Tragoediae, &  
ostendendum, quam caute, presseque  
veterum vestigia terenda sint. Apud  
Sophoclem in Trachiniis, quem ma-  
xime sequitur, praeclarum illud est  
Deianirae ἦθος, dignumque matrona  
sancte ac liberaliter educata, ubi Her-  
culem maritum suum captivae Joles,  
& ad se praemissae, amore captum re-  
sciscit. Audiamus eam ad primum tan-  
ti mali nuntium lamentantem:

Οἶμοι, inquit, τάλαινα, πᾶ ποτ' εἶ-  
μι πράγματος;  
Τί ν' εἰσδέδεγμαι πιμονὴν ὑπόσεγον  
λαθρῆιον; Et μοχ:  
Τί χρὴ ποιεῖν, γυναῖκες, ὡς ἐγὼ λόγοις  
τοῖς νῦν ἀρεῖσιν ἐκπεπληγμένη κυρῶ;

Et

480 J. TOLLII COMPAR.

Et quum magno quidem cum animi  
moerore, non infano tamen, sed  
quem ratio regeret, è Licha rem o-  
mnem exacte intelligere cuperet, quam  
moderata ac sapiente cunctantem eum  
compellat oratione:

Μὴ πρὸς σὺ τῆ κατ' ἄκρον Οἰτάϊον νόστος  
Διὸς κατασφράπτουτος ἐκυλέψης λόγον.  
Οὐ γὰρ γυναῖκί τὰς λόγους ἔρεῖς κακῆ.  
Οὐ δ' ἦτις ἐ κάτοιδε τ' ἀνθρώπων, ὅτι  
Χάριεν πέφυκεν ἐχθὶ τοῖς ἀττοῖς αἰεί.

Ἐρωτι μὲν νῦν ὅστις ἀντανίσσεται,  
Πύκτις ὅπως ἐς χεῖρας, ἔ καλλῶς Φρονεῖ  
Οὗτος γὰρ ἀρχεῖ καὶ Θεῶν, ὅπως θέλει,  
Κάμῃγε πῶς δ' ἐ; χατῆρας οἴας γ' ἐμῆ.  
Ὡς εἶτι τῷ ἐμῷ τ' ἀνδρὶ τῆδε τῆ νόσω  
Ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι.  
Ἡ τῆδε τῆ γυναῖκί τῆ μεταίτι' α.

Τῆ μηδὲν αἰσχυρῆ, μηδ' ἐμοὶ κακῆ τινός.

Et aliquanto post:

Τὸ μὴ πυθέσθαι τῆτο μ' ἀλγύνειεν ἄν.  
Τὸ δ' εἰδέναι, τί δεινόν; ἐχθὶ χατῆρας  
Πλείσας ἀνὴρ εἰς Ἡρακλῆς ἐγυμῆ δῆ;  
Κῆπω τίς αὐτῶν ἐκ γ' ἐμῆ λόγον κακόν  
Ἡνέγμ'.

SENEC. & SOPHOCLE. 481

Ἡνέγματ', ἐδ' ὄνειδος· ἠδέ τ' ἐδ' ἄν ἐ  
Κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν, ἐπεὶ σφ' ἐγὼ  
Ὠκτεῖρα δὴ μάλιχα προσβλέψασ', ὅτι  
Τὸ κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσε,  
Καὶ γῆν πατρώων ἐχ' ἐκῆσα δύσμορος  
Ἐπερθε, καδῆλωσεν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν  
Ρεῖτω κατ' ἔρον.

Elucet ex his animus illius patiens in-  
juriarum mariti, verumtamen insigni  
dolore percussus. Donat indignatio-  
nem suam amoris illius, neque in pel-  
licem quoque, licet ante oculos addu-  
ctam; sed innoxiam, acerbius invehit-  
tur, verum potius infelicis illius for-  
tunam miseratur: & qualis hic ab in-  
cepto persona processit, talis servatur  
ad imum. Amabat illa Herculem; no-  
verat ejus animum ad voluptates illas  
procliviores, ipsa integerrima, men-  
tisque placidissimæ: non ignorabat  
seculi sui consuetudinem, qua capti-  
væ in consortium thori admittebantur,  
sine alterutrius probro, aut dedecore.  
Flagrabat tamen zelotypia, quam ne-  
scio quis non insulse amoris filiam no-

H h

tham

tham appellavit. Hinc illa in animo sollicitudo retinendi maritum, ne in amorem puellae formosae torus propenderet. Hinc missa stola, & post infelicem tentati philti exitum, illata vis vitae, & expulsus ferro spiritus. Quae omnia tanto cum decore à Sophocle tractata sunt, ut melius non possint. Praeter cetera vero notabile est, quod intellecto Nessi dolo, & Herculis ultima aerumna, non in planctus it, neque in lacrymas, sed elinguis inducitur: quandoquidem nulla oratio excogitari potest, quae ita affectae feminae, aut tanto dolori conveniat. Nam doloris immensi, praesertim inopinati, magnitudo non admittit verba, seu querelas: deinde nihil est, quod triste illud semet interficiendi consilium magis deceat. Ipsa quin etiam natura hoc docet. Hinc & in Antigone, ubi itidem Haemi mater intellecta indigna filii morte verbum nullum faciens discedit, gravius aliquod imminens incommodum chorus auguratur:

Ti

Τί τῆτ' ἂν εἰκόσειας ; ἡ γυνὴ πάλιν  
Φρεδῆ, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλόν ἢ κακὸν λόγον ;

Et mox:

Ἐμοὶ δ' ἐν ἡτ' ἄγαν σιγῇ βαρὺ  
Δουῶ προσεῖναι, χὶ μάτην πολλὴ βοή.

Praeterea, utut diligenter tota examinetur oratio, nihil in ea puerile, nihil frivolum, nihil ineptum, nihil tumidum, nihil non ex ipsa ductum veritate reperietur: omnia denique sobria, casta, praeclara, & decorum servantia. At quam diversa sunt illa Senecae?

*Quamcumque partem sedis aetherae  
premis,  
Conjux Tonantis, mitte in Alcidem  
feram,  
Quae mihi satis sit: si qua foecundum  
caput  
Palude tota vastior serpens movet  
Ignara vinci: si quid excessit feras,  
Immane, divum, horribile, quo  
viso Hercules* Hh 2 A.

*Avertat oculos, hoc sinu immenso  
exeat.*

*Vel si ferae negantur, hanc animam,  
precor,*

*Convertè in aliquid: quodlibet pos-  
sum malum*

*Hac mente fieri: commoda effigiem  
mibi*

*Parem dolori. Non capit pectus mi-  
nas.*

*Quid excutis telluris extremae sinus,  
Orbemque versas? quid rogas Di-  
tem mala?*

*Omnes in isto pectore invenies feras,  
Quas timuit. Odiis accipe hoc te-  
lum tuis.*

*Ego sum noverca: perdere Alcidem  
potes.*

*Profer manus quocumque. Quid ces-  
sas Dea?*

*Utere furente. Quod jubes fieri ne-  
fas?*

*Reperi. Quid haeres? ipsa jam ces-  
sas licet;*

*Haec ira satis est.*

Et

Et mox:

*Fole meis captiva germanos dabit  
Natis? Fovisque fiet è famula nu-  
rus?*

*Num flamma cursus pariter & tor-  
rens ferent?*

*Et ursa pontum sicca coeruleum bi-  
bet?*

*Non ibo inulta, gesseris coelum licet,  
Totusque pacem debeat mundus tibi.  
Est aliquid hydrapotius; iratae dolor  
Nuptae. Quis ignis tantus in coe-  
lum furit*

*Ardentis Aetnae? quidquid est vi-  
ctum tibi,*

*Hic vincet animus. Capta praeripiet  
toros?*

*Adhuc timebam monstra. Jam nul-  
lum est malum.*

*Cessere pestes. In locum venit ferae  
Invisa pellex. Summe protector  
Deum,*

*Et clare Titan, Hercules tantum fui  
Conjux timentis! vota, quae supe-  
ris tuli, Hh 3 Cef-*

Cessere captae. Pellici felix fui.  
 Illi meas audistis, ô superi, preces:  
 Incolumis illi remeat. Nulla dolor  
 Contente poena, quaere supplicia  
 horrida;

Incogitata, infanda! Junonem doce,  
 Quid odia valeant: nescit irasci satis.  
 Pro me gerebas bella: propter me  
 vagas

Achelous undas sanguine infecit suo,  
 Cum lenta serpens fieret; in taurum  
 trucem

Nunc flecteret serpente deposita mi-  
 nas;

Et mille in hoste vinceres uno feras.  
 Jam displicemus. Capta praelata est  
 mihi:

Non praeferetur. Qui dies thalami  
 ultimus

Nostri est futurus, hic erit vitae tuae.  
 Quid hoc? recedit animus, & po-  
 nit minas:

Jam cessit ira; quid miser elangues  
 dolor?

Perdis furorem? conjugis tacitae  
 fidem

Mibi

Mihi reddit iterum. Quid vetas  
 flammam ali?  
 Quid frangis ignes? hunc mihi ser-  
 va impetum.

Pares eramus. Non erit votis opus,  
 Aderit noverca, quae manus nostras  
 regat,

Nec invocata.

Quis haec non grandia dicat, quis  
 non vere tragica? Videamus autem,  
 quid ira nobis in hisce displiceat. Pri-  
 mum mihi non leve id peccatum vide-  
 tur, quod alienam Deianirae neque  
 τὴν πρέπασαν διάθεσιν dederit, eamque  
 furentem induxerit. Nihil Senecam  
 ut hoc faceret, (quantum conjectura  
 assequi valeo) movit, nisi quod hic  
 affectus plus strepitus habeat, senten-  
 tias admittat grandiores, & ad inge-  
 nium ostentandum illo altero multo a-  
 prior sit, atque uberior. Ut demus  
 Senecam, quod intenderit, assecutum,  
 ideone τὸ πρέπον erat contemnendum?  
 atqui id in omni re primum est. Hoc  
 autem Poëtae fugiendum est, ut ma-  
 ximum

Hh 4



sumum vitium, qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo, stultove sapientis: multo magis cum contra artem ipsam, ipsamque, si qua in fictis est fabulis, veritatem, imo & contra naturam feminae sanctae, integerrimis moribus praeditae, conjugisque sui etiam peccantis amantissimae, non furorem modo, sed & consilia tribuit tam scelerata, quae nec ipsi Medae condonentur. Nonne legerat illud Horatii praeceptum?

*Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge*  
 Scriptor. —————

Et quid minus famae, id est, veterum poetarum descriptionibus, convenit? quid minus sibi, quam quod primum furentem Deianiram, & ita furentem, ut caedem conjugis animo agitet; deinde repente unius aut alterius versiculi ope ad amatorias artes, & ad philtra transeuntem, in scenam producat? Quid ad haec Horatius?

*Respi-*

*Respicere exemplar vitae, morumque jubebo*  
*Doctum imitatorem, & veras hinc ducere voces.*

Non enim valde illum oblectare poterant versus inopes rerum, nugaeque canorae.

Alterum non minus grave peccatum est, quod cum duplex in Sophocle, quod sequi posset, elinguis doloris exemplum exstaret, ipse nihilominus tam longam, tamque ineptam Deianirae tribuat orationem: in qua illa aperte profiteretur, vim se ipsam sibi allaturam, & ita demum se intro corripit, seque interficit, ac si filius, cui loquitur, quique jam matrem consolari, atque ab hoc immani proposito avocare conatur, prohibere non potuerit. Sed & iterum inducit insanientem, nunc è poenitentia, ut ante è zelotypia. Occurrunt autem adeo multa, quae notam effugere non debent, ut ipso numero obruar. Ergo nec de puerilibus

Hh 5

Her

490 J. TOLLII COMPAR.

Herculis lamentis, nec de illius ineptissima apparitione verbum faciam; sed ad illam primam furentis Deïanirae reuertar orationem, eamque, & alia nonnulla ejusdem monetae, accuratius aliquanto examinabo. Quantus statim tumor?

*Quamcumque partem sedis aetherae  
premis  
Conjux Tonantis.*

Quam ineptum, quod sequitur?

*Mitte in Alcidem feram,  
Quae mihi satis fit.*

Quam putida sunt reliqua?

*Si qua foecundum caput  
Palude tota vastior serpens mouet  
Ignara vinci.*

Et hic inanis tumor epithetorum non sufficiebat. Itaque

SENEC. & SOPHOCL. 491

*Si quid excessit feras;  
Immane, dirum, horribile, quo  
viso Hercules  
Avertat oculos, hoc sinu immenso  
exeat.*

quo sinu immenso quaeso? furentisne Deïanirae? indene tanta monstra expectanda erant?

*Vel si feræ negantur, hanc animam  
precor  
Converte in aliquid: quodlibet possum  
malum  
Hac mente fieri.*

Hoc est, quod Longinus alibi monuit, & σμικροῖς μὲν ἀυτίσκοισι, φαρβείας δ' ἄτερ. Sed nec similis ubique tenor. Itaque statim deficit, & ab illo, *si quid excessit feras*, &c. Decidit ad aliquid & quodlibet malum. Quod mox sequitur,

*Commoda effigiem mihi  
Parem dolori, non capit pectus minas;*

imo

imo nec veram sublimitatem. Tum  
vero ad haec,

*Quid excutis telluris extremæ sinus,  
Orbemque versas? quid rogas Di-  
tem mala?*

*Omnes in isto pectore invenies feras,  
Quas timuit:*

audire mihi videor infusurrantem Longi-  
ginum: *εχ ὑψηλὰ ταῦτα, ἀλλὰ μετέωρα.*  
Sed quis alias ingenio locus, quis isti  
sententiolæ?

— *Quid rogas Ditem mala?*

Nonne illa decantatissima Virgiliana  
sententia erat adumbranda? *Flectere si  
nequeo Superos, Acheronta movebo.*  
Pergit:

— *Odiss accipe hoc telum tuis.*

Sed hoc telum hic imbellè est. At  
quantis minis pentabitur!

Ego

*Ego sum noverca: perdere Alcidem  
potes.*

*Profer manus quocumque. Quid ces-  
sas Dea?*

*Utere furente. Quod jubes fieri ne-  
fas?*

*Reperi. Quid haeres? ipsa jam ces-  
ses licet,*

*Haec ira satis est.*

Quid iterum Longinus? multi, in-  
quit, *πολλαχῆ ἐνθεσιᾶν ἑαυτοῖς δοκῶντες,*  
*ὃ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν.* Hoc au-  
tem ipsum multo magis in altero mori-  
turae Deianiræ furore apparebit. Ubi  
illa furiarum *φάντασι'α* cum Euripides  
est, de qua Longinus *Sect. xv.* Ne-  
quis autem nihil in his esse boni existi-  
met; illa vel Sophocleam non dede-  
ceant Deianiram:

*Fole meis captiva germanos dabit  
Natis? Jovisque fiet è famula nu-  
rus?*

Habes expressam etiam optimæ matro-  
nac

194 J. TOLLII COMPAR.

nae convenientem indignationem. Vel è sacris id literis Sara probaverit, quae nato sibi Isaac, Ismaëlem è famula genitum aspernabatur, neque, ut fortunarum paternarum heres esset, pati poterat. Sed iterum non nimis bona sunt, quae sequuntur:

*Num flamma cursus pariter & torrens ferent?*

*Et Ursa pontum sicca coeruleum bibet?*

Ut de priore versu nihil dicam, quid? feminae istius temporis tam peritae a-strorum erant? etiam furentes? cur non & Junoni memoriam Calypsus refricuit, ut eo concitatus secum in perniciem Herculis conspiraret? Sed haec sufficiant, quamquam plura sunt, quae notam censoriam mereantur. Verum *μυδὲν ἀγῶν*. Estque hoc & nunc, & alias pluries repetendum, non haec à malignitate aliqua, ac libidine aliorum vitia infectandi, sed ab amore reip. literariam juvandi proficisci. Cetera vero,

SENEC. & SOPHOCL. 195

vero, quae perquam multa sunt è Graeco Scriptore expressa, qualis illa Deianirae narratio de munere & morte Nessi, & triste fraudis post missam vestem praesagium, nec non Hylli oratio, & quae id genus alia, eandem quidem curam merentur comparisonis, sed quam quisque iam sibi facile praestare possit.

*Ad Sect. III. Longini, de inani Tumore, & Puerilibus sententiolis.*

Accipe, Lector, & haec paucula, quibus tertio Longini capiti nonnulla lux suppeditatur. Quantus isthic tumor, ubi V. 742 Hyllus in eadem fabula ad Deianiram?

*I, profuge, quaere, si quid ulterius patet*

*Terris, freto, sideribus, Oceano, inferis.*

*Ultra labores, mater, Alcidae fuge.*

Et ita

Et statim:

*Regna, triumphæ, templæ Junonis  
pete.*

Mox autem de illo impetu remittit;  
cum dicit, *Decus illud orbis &c.*

*O mater! abiit.* Non debuerat ap-  
pellasse matrem, præsertim cum parti-  
culâ *ô*, quæ hic quemdam filialem af-  
fectum indicat, & in illa ira ac indi-  
gnatione adesse, aut certe exprimi non  
debebat. Quanto melius Sophocles,  
qui in eadem exclamatione iram osten-  
dit?

\*Ω μήτηρ, ὡς ἂν ἐν τριῶν σ' ἐν εἰλόμην,

\*Ἡ μηκέτ' εἶναι ζῶσαν, ἢ σεσωσμένην

\*Ἄλλε κεκλήσθαι μητέρός σ', ἢ κῶως Φρέ-  
νας

Τῶν νῦν παρθεῶν τῶν δ' ἀμείψασθαι πο-  
θεν.

Qui hoc fit? dicam. Hæc prima Hyl-  
li compellatio est, &, ut res fere-  
bat, plena indignantis ac averfantis  
tam scelestam, ut putabat, matrem fi-  
lii:

lii: unde & postea illa discedente sub-  
jicit:

\*Ὅγκον γὰρ ἄλλως ὀνόματος τί δεῑ τρέ-  
φειν

Μητρῶον, ἥτις μηδὲν ὡς τεκῆσα δρᾶ;

Illic autem post effusam velut iram po-  
nitur, quæ tam cito non debuit, ve-  
lut amisso primo ictu aculeo, extin-  
gui. Sed plura sunt ibidem ulcera,  
quæ tangere nolo, quia hic locus non  
est.

Dabo & aliud tumoris minime præ-  
tereundi ex eadem fabula exemplum;  
Deianira ibid. V. 978.

————— *Si potest letum dare;  
Animose conjux, dexteram expecto  
tuam.*

*Mors differatur: frange, ut inson-  
tem Lichan:*

*Alias in urbes sparge, & ignotum  
tibi*

*Emitte in orbem.*

Qui potuit Auctor tam monstruosam  
Ii fer.

sententiam animo concipere? itane facile in alium orbem aliquis emitti poterat, ac in subjectum mare? *urbes* autem *aliae* non sufficiebant: minor scilicet is viribus Herculis iactus erat.

*Exempla Puerilium sententiarum.*

Hercules apud Senecam,

*Unum inter omnes quaerit & sequitur Lichan.*

*Complexus aras ille tremebunda manu*

*Mortem metu consumsit, & parum sui*

*Poenae reliquit. Dumque tremebundum manu*

*Tenuit cadaver; Hac manu, hac, inquit, ferar*

*(O fata!) victus? Herculem perimit Lichas.*

*Ecce alia clades, Hercules perimit Lichan.*

*Quis talia fando temperet à lacrymis, sed*

sed quos nimius risus excutiat? ô Hercules, Oratorem te quondam finxerunt Galli; hic fies & Sophista. O argutias dignas non Seneca tantum, sed & Hercule Philosopho! si per naturam rerum licuisset, ac temporum rationem, ut haec viventi etiam Herculi Seneca recitare potuisset, quod putas tam bellae sententiae praemium tulisset? Non cum, ut Lichan, *cujus truncus in pontum cadit, in saxa cervix: Funus ambobus jacet*: (quod & ipsum ejusdem farinae est) non *in alias urbes*, aut *in ignotum orbem*, emisisset, ut Deianira volebat, sed in medias nives Caspiae, ubi frigus ajunt esse intensissimum. Quoniam vero fortis ille Stoicus, *complexus aras tremebunda manu mortem metu consumsit, tremebundum manu cadaver una cum tanta elocutionis inopia dimittratur.*

Marfyas apud Ovidium Lib. VI. Metam. cum ei pellis detraheretur, in ipso illo tam immani cruciatu videtis quam ridicule ac pueriliter queratur:

— *Quid me mihi detrahis , inquit ,  
Ab piget ! ah ! non est , clamabat ,  
tibia tanti.*

Mirum , quod non & ipsa tum tibia canentem finxerit Matryam : adeo ludibundi haec sunt hominis , *quid me mihi detrahis ?* alter vero versus stultae simpliciratis , si res joci fuisset. Scilicet in re seria , in tanto dolore miserum isthunc Satyrum eo animo fuisse putandum est , quo ille , qui quum ad ignem torreretur , vertendum se judici indicabat , ne semitostas carnes comedere necesse haberet.

Idem eodem libro extremo , ubi de Borea sermo :

*Dum volat , inquit , arserunt agitati fortius ignes.*

Pudet me profecto tam putidi commenti. Nam quod vento , qua ventus est , convenit , id ipsum Boreae tribuere , qui tum Deus fingitur , & huma-

humana affectus animi perturbatione , non ineptientis hominis est , sed amentis. Legerat , ni fallor , apud Lucretium Lib. IV :

*Fit quoque , ut interdum venti vis  
missa sine igni  
Ignescat tamen in spatio , longoque  
meatu ,  
Dum venit , amittens in cursu corpora quaedam  
Grandia , quae nequeunt pariter penetrare per auras :  
Atque alia ex ipso conradens aëre  
portat  
Parvola , quae faciunt ignem commista volando.*

Sed his ignibus nunc non erat locus , neque ideo , dum volat. Boreas majoribus ardescere flammis debebat , sicut apud Virgilium Lib. V. Æn.

*Volans liquidis in nubibus arsit arundo.*

Quandoquidem amoris ignes ab illis

alteris longissime distant, neque amatores motu vel grandia quaedam corpora amittunt, vel alia rursus parvula ex aëre corradunt, quo magis inflammantur, majoreque amore bellulas suas amículas depereant.

*Ad Sect. XV. Longini, de Visionibus.*

Quam pauci sint, qui rerum grandium pondus ac sublimitatem animis capiant, eamque lectoribus, quae à poëtis & oratoribus in hisce exigitur, animorum perturbationem repraesentent, idem Seneca ostendet, qui in Natur. Quaestionibus quaerit, *cum fatalis dies diluvii venerit, quemadmodum magna pars terrarum undis obruetur?* Caput hoc est xxvii: Lib. III. Arrige aures Pamphile. *Primo immodici imbres cadunt, & sine ulla solibus triste nubilo coelum est; nebulaque continua, & ex humido spissa caligine nunquam exsiccantibus ventis. Inde vitium*

*tium satis, & segetum sine fruge surgentium marcor. Tunc corruptis, quae feruntur manu, palustris omnibus campis herba succrescit. Mox injuriam & validiora sensere, &c.*

Operae sane pretium hic fuerit, Ovidium cum Seneca comparare, ubi Lib. I. Metam. diluvium Deucalionium describit. Nam ut apud Ovidium quaedam ipse Seneca minus granditer concepta castigat: ita & hic quivis etiam minus confirmato judicio praeditus facile videat in tanto decidentium imbrium impetu, tantaque copia, quanta universa fatali diluvii die inundabitur tellus, de *nebula continua*, quae in immensorum imbrium delapsu nulla nec est, nec erit, ne cogitandum quidem fuisse, multo minus de *spissa ex humido caligine*. Jam vero quid abjectius, quid visioni isti de universali mundi diluvio magis contrarium, quam de *vitio & marcore satorum ac segetum sine fruge surgentium*: & ne quid ineptiae desit, de *succrescente palustribus campis herba*, loqui? **Di boni!**



cur ego tam alto, elatoque animo sum, qui mihi tam saepe nocet? Cur non & ego tam humilia cogito, aut saltem in aliis patior, & fero? *Omnia pontus habet*, & sub tantae altitudinis ponto, qui cunctos abscondat montes, *palustribus campis herba succrescit*. I, quisquis haec legis, & fastidium vomitu leva.

Ad Sect. XXX Longini, de verborum  
Delectu.

Καὶ κατακλιεῖ τὸς ἀκρόντας, Nemo id melius, nemo efficacius facit Pindaro. Cujus unam alteramve hinc inde delectam particulam excutiemus, ut ex his exemplis, quid sibi in componendo sequendum sit, tirones addiscant. Prima in manus sumatur, quae Nemeorum prima est σροφή.

\* Ἀμπνευμα σεμνὸν Ἄλφεῶ  
Κλειῶν Συρακοσσῶν θάλας Ὀρτυγία,  
Δέμνιον Ἀρτάμιδος,

Δάλη

Δάλη κασιγνήτα σεθεν ἀδυσπῆς  
Ἵμνος ὀρμάται θέμεν  
Αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων,  
Ζηνὸς Αἰτναί᾽ εἰς χάριν.

Verba ferme singula excutiemus, ut, quo judicio componentibus ea deligenda sint, ex hoc exemplo cognoscatur. Ἀμπνευμα, inquit. Canorum vocabulum ob duas praestantissimas, quas in initio & fine continet vocales. Deinde ipsa trium difficultium pronuntiarum consonantium conjunctio mora temporis vocem grandiore efficit, quod & Longinus in versu Euripidis cap. περι μελῶν επισυνθέσεως, xxxix observavit. Ad haec & λήμμα praeclarum est fluvio Alpheo, ut viventi, respirationem tribuens, eleganti sane translatione, post longum subter mare cursum demum prorumpenti, & quasi fatigato: ad instar equorum, qui post diutinum cursum tandem interposita quiete animam recipiunt. Vicerat autem Chromius, cujus hic ἐπινίκιον canit, quadrigis. Ita ut oportunior nulla excogitari meta-  
Ii 5 phora

506 J. TOLLII COMPAR.

phora potuerit. Σεμνὸν, gravitate ipsa gravius dari nil potest. Et hic vocales nobiles, & imprimis posterior plena dignitatis.

Ἄλφεῶς, redit in compositione magnifica ad primae vocalis sonoritatem. Sed hic observabimus τῆς περιφράσεως elegantiam ac granditatem: nec non epithetorum τῆς Ὀρτυγίας insulae splendorem. Primum ἀμπνευμα; non simplex, sed σεμνὸν, scilicet ob Arethusae virginitatem: neque unius de multis fluvii, Ἄλφεῶς, nobilis Olympicis ludis. Alterum est Κλεινῶν. Reponē hic, quod eandem reddet sententiam, κλυτῶν, & consule aures tuas. Ergo de sono verbum amplius non addam. Sed & aptius Syracusis epitheton dari non poterat. De qua Cicero: *Urbem Syracusas maximam esse Graecarum urbium, pulcherrimamque omnium saepe audistis.*

Θάλος, amoenissimo sensu. Observat alicubi Demetrius Phalereus Saphonem miram deligendae venusti, elegantis, ac amoeni sensus materiae, tum

SENEC. & SOPHOCLE 607

tum huic tractandae multo adhuc nitidiorum vocabulorum fuisse artificem. Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν, inquit, ἐν ταῖς πράγμασι χάριτες, οἷον νυμφαῖοι κῆποι, ὑμέναιοι, ἔρωτες, ὅλη ἡ Σαπφῶς ποίησις: τὰ γὰρ τοιαῦτα κἄν ὑπὸ Ἰππώνακτος λέγεται, χαρίεντά ἐστὶ καὶ αὐτὸ ἰσχυρὸν τὸ πρᾶγμα ἐξ ἑαυτῆς, &c. ὡς ἡ μέντις ἐν πράγματι χάρις ἐστὶ, τὰ δὲ καὶ ἡ λέξις ποιεῖ ἐπιχαριώτερα, οἷον, ὡς δ' ὅτε Πανδαρὲς κέρη χλωρῆς ἀηδῶν Καλὸν ἀείδουσιν ἔαρος νέον ἰσαμένοιο. ἐνθαῦτα καὶ ἡ ἀηδῶν χαρίεν ὄρνιθιον. καὶ τὸ ἔαρ φύσει χαρίεν. πολὺ τ' ἐπικεκόσμηται τῇ ἐρμηνείᾳ, καὶ ἐστὶ χαριέσερα, τότε χλωρῆς, καὶ τὸ Πανδαρὲς κέρη εἰπεῖν ἐπὶ ὄρνιθος, ἅπερ τῆ ποιητῆ ἴδια ἐστὶ. Θάλος igitur Ortygiam vocat; qua voce verni temporis amoenitas nobis in memoriam revocatur, & tantum non subjicitur oculis. Estque item illustris translatio.

Ὀρτυγία, de qua Virgilius:

*Sicanio praetenta sinu jacet insula  
contra*

*Plemmyrium undosum: nomen dixerat  
re priores Orty-*

508 *J. TOLLII COMPAR.*

*Ortygiam. Alpheum fama est hinc  
Elidis amnem*

*Occultas egisse vias subter mare: qui  
nunc*

*Ore Arethusa tuo Siculis confunditur  
undis.*

Hic illud mihi potissimum observandum occurrit, divinum Poëtam, cum Chromium Ætnaeum laudaturus esset victorem, sed Nemeis; non ab Ætnae montis ignibus carmen inchoasse, cum quod illius majestate victoris persona inferior esset, tum quod & hoc certamen non tam nobile esset, quam Olympicum, vel Pythium, quoniam ea duo Coelicolum sunt, hoc hominis festum, ut Aufonius meus ait. Ergo in Hierone & rege, & Olympionica, & Pythionica, elatiore usus est & argumento, & elocutione: in hoc privato vero victore, & nobili quidem certamine, illis prioribus ignobiliore, venustatem quaesivit, multa tamen admixta gravitate, multoque splendore. Confer, si lubet, oden primam cum Olympi-

*SENEC. & SOPHOCL.* 109

Olymp. tum Pyth. vel quod erit gratius fortasse, secundam; cujus hoc initium:

Μεγαλοπόλιες ὦ Συρά-

Κοσαι, βαθυπολέμῃς

Τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν

Ἰππων τε σιδαροχαρμῶν

Δαιμόνιαι τροφοί,

Ἵμμιν τόδε τῶν λιπαρῶν ἀπὸ Θηβῶν

Φέρων μέλος ἔρχομαι,

Ἄγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος.

Εὐάρματος Ἰέρων ἐν ᾧ κρατέων

Τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρ-

Τυγίαν σεφάνοις

Ποταμίας ἔδος Ἀρτάμιδος, &c.

Vides, ut τὸ μεγαλοπόλιες, pro quo hic κλεινῶν habet, grandius sit: & ut id genus alia omittam, ἔδος illic vocat, gravius aliquanto, quod hic δέμιον dixit, ἐννοία, meo quidem iudicio χαριεστέρα, verbis utrumque honestis & splendidis.

Δάλλε κασιγνήτα. Suavissima rursus atque pulcherrima metaphora ab dulcissimo

§10 J. TOLLII COMPAR.

fimo deducta humanae necessitudinis vinculo, *Soror Deli*: & quod utraque Artemidi sacra, & quod etiam Delos olim Ortygia appellata est.

Ἀδυσπῆς. Viden', ut omnia vocabula venustate & gratia floreat? quod elegantius fingi poterat hoc loco epitheton? ἄδυσπῆς, inquit, ὕμνος in illa vero, cujus meminimus, ode 11 Pyth. ἐναχέα βασιλεῦσιν ἐτέλεσεν ὕμνον quid? sine delectu putas? sine iudicio? & od. 1 Olym. πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι, κελადεῖν Κρόνυ παιδα. Et ode 11 Olym. ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι invocantur, ut Deorum, heroum, hominum laudes canant. Temere credo nunc hoc, nunc illoc usus poëta est antitheto. Credon'? imo credat Judaeus Apella, non ego.

Ὀρμάται, & hoc plenum efficaciae vocabulum, & impetui procurrentium equorum conveniens, quorum ὄρμη, five incitatus ardor eleganter à Virgilio exprimitur:

Non

SENEC. & SOPHOCL. §11

*Non tam praecipites bijugo certamine campum*

*Corripuere, ruuntque effusi carcere curvus.*

Θέμεν. Ut stabile quid, & grande. Αἶνον. Aptissimum & hoc est, ab ἰαίνω derivatum, quod animum delectet & afficiat voluptate, quippe ἡδιστον homini ἀκασμα., ut Xenophon ait, & nos ad Ciceronis Archiam pluribus ostendimus.

Ἀελλοπόδων. Magnificum epitheton cum similitudine ab rapidis deducta procellis, tum compositione, quae ὄγκον habet.

Μέγαν. Et hoc post grandiloquum vocabulum collocatum mirifice sententiam artollit, elevatque.

Ζηνὸς Αἰτναίῃς χάριν. Sublimis simul & blanda ἐννοια. Namque & Αἰτναeus erat Chromius, & victoria Διὸς ἐν γένεσι κεῖται.

Vides igitur, Lector, verum esse, quod Longinus affirmabat, μεγαλοπρεπῶς

πῶς

512 **J. TOLLII COMPAR.**

πῶν ῥημάτων ἐκλογὴν μέγεθος, κάλλος, σαφήνειαν, βάρος, ἰσχὺν, κράτος, καὶ εἴ τιν' ἄλλα, τοῖς λόγοις παρασιτυάσειν? Si minus credis, advertēte quaeso & hanc nobilem ex Istimiorum ode vi sententiam:

Εἰ γὰρ τις ἀνθρώπων δαπάνῃ τε χαρεῖς  
Καὶ πόνῳ, πράσσει θεοδμάτῃς ἀρετᾶς;  
Σὺν τέ οἱ δαίμων φυτεύει  
Δόξαν ἐπήρατον, ἐσχατιαῖς  
Ἥδη πρὸς ὄλβε βάλλετ' ἀγκύ-  
ραν θεότιμος ἑών.

Nonne omnia verba electa, pulchra, magnifica, sonora? Nonne, ut Longinus ait, θυμαγωγεῖ ταῦτα, καὶ κατακηλεῖ τοὺς ἀκούοντας? observentur in iis haec velut insignia χαρεῖς, θεοδμάτῃς, φυτεύει, ἐπήρατον, βάλλετ' ἀγκύραν, θεότιμος, & quod prima specie contemptibile, notabili pollet venustate τὸ ἑών. Ubi accentus cum longitudine ultimae syllabae concurrens praeclarum sententiae numerum concinnat: quem tunc demum intelliges, si unica

**SENEC. & SOPHOCL. 513**

demta legeris θεότιμος ὤν: quod exemplum Longini nostri Sect. xxxviii περὶ Συνθέσεως peropportune illustrat. Sed quod nunc propinabo, merum nectar, erit, aut si mavis, Διὸς ἐγκέφαλος. Inquit, ode viii Pyth.

Φιλόφρον, Ἡσύχι'α, δίνας  
ᾧ μεγιστόπολι  
Θύγατερ, βελᾶν τε καὶ πολέμων  
Ἐχοῖσα κλαῖδας  
Ἐπερτάτας, Πυθιονικόν  
Τιμᾶν Ἀρισόμενοι  
Δένευ. τὴ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι  
Μὲν, καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίστασαι  
Καιρῶ σὺν ἀτρεκεῖ.

Tranquillitatem aptissimo epitheto appellat Φιλόφρονα, vocat δίνας θυγατέρα, item μεγιστόπολιν, dicit eam βελᾶν τε καὶ πολέμων ἔχειν κλαῖδας ὑπερτάτας. Quae omnia & praeclaras habent ἐννοίας, & pulchris, ornatis, ac magnificis splendent verbis: sic ut verissimum fit,

Kk

quod

514 7. TOLLII COMPAR.

quod Longinus ait, Φῶς εἶναι τῷ ὄντι  
ἴδιον τῆ νῆ τὰ κατὰ ὄνοματα.

Addam & aliud ex alio Poëta non  
minus elegans Scolion, quod nobis  
Suidas conservavit. Vas ille potorium  
alloquitur grandiusculum, Latinis *con-*  
*gium* appellatum, sex continens sexta-  
rios, sive heminas XII, verum tam  
electis verbis, ac tam dulcibus senti-  
entiis, ut nec Anacreon quidquam ha-  
beat venustius, attemperata nihilomi-  
nus huic venustati singulari quadam  
quasi rei sacrae, sed Baccho tamen,  
dignitate, atque magnificentia;

Κεῖσο λάγυγε μεθυσφαλῆς  
Αὐτίνα δῶρον, κασιγνήτη  
Νεκταρέης κύλικος Βακχεΐας  
Υγρόφθογγε, συνέστει  
Δαιτὸς εἴσης, ζειναῦχεν,  
Ψήφει συμβολικῆς θύγατερ,  
Θνητοῖς αὐτοδίδακτε διηκονε,  
Μύσει Φιλῆντων ἠδίση,  
Δείπνων ὄπλον ἑτοιμότηταν.

Et haec quidem deliciae sunt, quas lin-  
guae

SENEC. & SOPHOCLE. 515

guae Graecae cultoribus benignior  
Musa suppeditat. Nam in Latinis Po-  
ëtis nusquam quidquam invenias,  
quod cum hisce ulla ex parte componi  
possit. Confer Horatii Oden XXI,  
Lib. III, ad amphoram, & me di-  
xisse verum statim fatebere,

F I N I S.

Kk a

JA:



- (1) Ubi alii legunt: *Maja nemus retinens gravido concepit in alvo*, ex Prisciano, apud quem Attius in primo Annali ita loquitur.
- (2) Quod Scilicet qui illis delectarentur, pulchritudinis appetentes sint: vel quod ἀρχή τε συνουχίας ἐκ παράδειγμα τῆς βαλόντος αὐτῆς γίνεται διὰ τῶν &c.
- (3) Vide Trifiani in nummum Faustinae disputationem, ubi vir eruditissimus inter alia Venereum malum Punicum primam in Cypro plantasse tradit: & hinc mala Punica ceteris praelata. Sunt apud illum multa de hoc argumento: & nos nonnulla, quæ hic silebuntur collegimus; opportuniore loco enarranda. Vide & Pierii Valeriani Hieroglyphica de malis lib. L. IV.
- (4) Vide Carmen xv, & xx, & L. III, & imprimis LXXV, ad quod vide notas. Vid. & Clementem Alexandrinum in Protrept. p. 12. & Athen. p. 82.
- (5) In quibus & amor excubare dicitur, apud Horatium lib. IV. od. XLIII.

Ille virentis, &

*Doffæ Pfallere Chiæ*

*Pulchris excubat in genis.*

Quod ille, ut pleraque alia praeclara, a Graecis habet. Ita enim Sophocles in Antigone:

Ἐρως ἀνικαῖς μαίχαρ

Ὅς ἐν μαλακίαις παρειαῖς

Νεώιδος ἐνορχαίς.

- (\*) Sic & Phrynichus apud Athenacum p. 604. λέγουσι ἐπὶ πορφύραις παρειαῖς φως ἔρωτος. Tibullus lib. III. Eleg. IV.

*Ut Juveni primum virgo deducta marito*

*Inscitur teneras ore rubento genas:*

*Ut cum contexunt amarantibus alba puellae*

*Lilia, & autumnu candida mala rubent.*

Ab hoc autem colore & labia μῆλα dicta: nam

μῆλα illa veteribus dicta Pollux testatur, Lib. II. Cap. III.

- (λ) Nonnus lib. xxxv.

ἢ ἤφατο πολλῶσι μαζῶν,  
Οἰθαλίαι, ῥοδέντος, ἐικότος εἰσέτι μῆλα.

uti ῥοδέντι legere malum. Theocritus in Oariste:

Τί ῥίζεις σατυρίσκι; τί δὲ ἔδοθεν ἄλλο μαζῶν;  
Δ. Μάλα τέα κραιτίτα τάδε χρυσαῖοντα δίδαξα.

Vide & Aristaenet. lib. II. Epist. VII.

- (μ) Cantharus in Tereo apud Athen. lib. I. I.

Κυθωνίους μῆλαῖσιν εἰς τὰ τιθῆαι.

- (ν) Huc & illa Virgilio pertinent, Eclog. I.

*Mirabar, quid moesta Deos Amarylli vocares.*

*Cui pendere sua patereis in arbore poma.*

Et haec Tibulli lib. I. Eleg. V.

*Huc veniet Messalla meus; cui dulcisa poma*

*Delia selectis detrabat arboribus.*

Item ista Propertii lib. II. Eleg. XXXI.

*Cum quibus Ideo legisti poma sub antro,*

*Supposita excipiens; Nā, caduca manu.*

- (ξ) In antiquo marmore apud Boissardum part. VI. duae columbae expressae conspiciuntur oculis laescivientes, & inter haec pomum.

- (ο) Seneca de Benef. lib. III. cap. XVI. *Quarum nulla virum habet, nisi ut adulterum irriter: nulla tam misera est & sordida, ut illi unum par satis sit: nisi singulis dividit horas, & non sufficit dies omnibus, infrumta habetur & antiqua.*

- (π) Adhaec ipsa per se σαρκοσύνη, ut virtutes omnes solent, cum gratiosa est & amabilis, tum & dignitatis majestatisque plena; adeoque venerabilis, & laudata cunctis: quum contra, quidquid lascivum est, ut lascivos delectet, ab omni tamen veneratione sui sit remotissimum. Merito igitur Stesichori sensus laudatus (apud Athenæum lib. XIV.) qui in Carmine illo, quo Calyces amo-



res canit Euathlum deperentis, pudicos ejus amores descripsit, & castos actus. Fingitur enim nuptias ejus a Venere precari, aut, si tam felici esse non liceat, mortem.

- (g) Sappho forsitan apud Auctorem Etymologici in καλλιζω: η̄ ποθηα η̄ μάχομαι. Phaedra apud Senecam in Hippolyto:

Quae memoras scio

Vera esse, nutrix: Sed furor cogit sequi

Pejora. Vadit animus in praeceps sciens,

Remeatque, frustra sana consilia appetens.

Ubi ego τὸ ἕψος desidero. Tragedia enim ἀψιδύς.

- (r) Aemulatus esse videtur Catullum in Ariadnae querela:

Nam quo me referam? quali spe perditā nitar?  
Idmoneosne petam montes? at gurgite lato  
Discernens patriam truculentum dividit aequor.  
An patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui,

Respersum Juvēnem fraterna caede sequuta?

Conjugis an fido memet consoler amore?

Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?

Sed quam haec ab illis diversa, quam ingenua, & naturali pulchritudine efflorescentia, quisvis statim viderit. Nihil in his fucatum, nihil affectatum: omnia ex ipso affectu percussae puellae sponte velut nascuntur.

- (r) Contra quam illi solent, qui quoddam libenter atque avidè audiunt, bis terve amant repeti. Schol. Sophocl. p. 111. Elect.

- (v) Herodotus lib. VII. five Polymnia: Διχθυσίαν δὲ ἔστι, ὡς περὶ τὸν χροσὸν τὸν ἀκίρατον, αὐτὸν μὲν ἐπ' ἐαυτῆς εἰ διαγωνάσκωμεν, ἐπὶ δὲ παρατρέψωμεν ἄλλω χροσῷ διαγωνάσκωμεν τὸν ἀμείνω.

- (φ) Non immerito Jovis illa ad Venerem admonitio, quam Platoni quondam Dionysius Halicarnassensis

nassensis adaptabat, ad Ovidium deslecti potest:

Οὐ τοι τίκων ἐμὸν, δίδοται πολυμήτεια ἔργα.

Ἀλλὰ σὺν ἡμετέροις κατέρχομαι ἔργα γάμοιο.

- (x) Epictetus apud Stobacum p. 104. Ὡς περὶ ἀληθῆς ζυγὸς ἔτε πρὸς ἀληθῆς εὐδυνέται ζυγῆ, εἴθ' ὑπὸ ψευδῆς κρινέται ἔτε καὶ ὁ δικαίος κριτῆς εἴθ' ὑπὸ δικαίων εὐδυνέται, εἴθ' παρ' ἀδίκου δικάζεται.

- (ψ) Inter quod Fabius lib. x. cap. i. Neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quae magni auctores dixerint, utique esse perfecta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati; (Ovidium hic notari puto) nec semper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur. Summi enim sunt, homines tamen. Modeste tamen, & circumspetto judicio de tantis viris pronuntiandum est: ne, quod plerisque accidit, damnent, quae non intelligant. At si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere, quam multa displicere maluerim.

- (ω) Isidorus Pelusiota: Χρὴ τὸν βασιλεύσαντα (lego βασιλεύσαντα) τὰ συγγραμματα διδόναι, πάσης τῆς χάριτος, καὶ ἀπερχθείας ὄντα κρείτονα, ἐκάστω συγγραφέως καὶ τῆς κακίας, καὶ τῆς ἀρίτης εἶδεναι, καὶ τῆ μὲν ψευδοσάδει, τῆ δὲ μείμψασθαι.

- (αα) Gellius Lib. XII. Cap. II. Adolescentium indolem non tam juvant, quae bene dicta sunt, quam insciunt, quae pessime.

- (ββ) Vide Gellium lib. i. cap. IV. & lib. IX. cap. IX. item lib. XI. cap. XXXIII. &c. Multa etiam Daniel Heinsius hac de ratione scriptores veteres tractandi, in Prolegomenis in Aristarchum attulit pag. 681. & seqq. Haec subinde refero, quod neque vitandarum rerum exempla ponenda sunt, quam sequendarum; Seneca Controv. XII. lib. II.

- (γγ) Cicero II. Academ. Quaest. cap. XX. Ut hos

*pulcherrimum esse judicem vera videre: pro veris probare falsa turpissimum.*

(dd) Vid. Senecam Controv. lib. iv. de Julio Sabino Controv. xxvii.

(ee) Stat. lib. x. Thebaid. *Nox foecunda operum pulchraeque accommoda fraudi.*

(ff) Quam etiam in piscibus laudavit lib. ii. Ha-  
lieut. Oppianus, quum de Delphinis ait:

Ἄετι δὲ καὶ ἄλλομένοισιν ὀπυδαί,  
καὶ κράτος εἶδ', ἡσχυίαν ἐν κλέος εἶδ' ἑταίριε.

F I N I S.

IN.

## I N D E X

RERUM ET VERBORUM  
MEMORABILIUM.

Numerus paginam indicat.

A.

- A** *litera grandis,* 374, 505  
*Achillis iram damnat Plato* 139. *actio*  
*admirabilior Aeneae* 140. *est animosus*  
 144. *crudelitas adversus corpus Hectoris*  
 145. *fortitudo plus emicat quam Aeneae*  
 148. *omnium Graecorum fortissimus* 467.  
*inexorabilis* 468. *Virgilio Aeneas* 470.  
*vocat Hectorem canem* 471. *aliud ingerit*  
*convitium* 473  
*Actio principalis quae habenda in Homero*  
 155. & seqq.  
*Admirabile & verisimile essentialia Poemati*  
*Epico* 162. *aliud ejus genus ab Homero*  
*praetermissum* 168  
*Amathia falso dicta Thessalia* 122. *Macedonia*  
*ita dicta* ibid.  
*Aeneas quot seculis praecessit Didoni* 118. *ejus*  
*formatam imaginem* 146. *ingerit Turno*  
 con-

convitium 472. Turno Barbarus videri potuit	473
Ænenses à quo conditi	121
Africa à quo tempore circumnavigata	72
Alexander quid in Poro suspexerit	477
Ambrosius, quodnam prodigium ei obvenit	243
Amor res ad lasciviam prona 404. Didonis apud Virgil. cum Medeae apud Senecam comparatur 410. & seqq.	
Angues ostentati ad Trojam apud Petronium comparantur cum Virgil.	443. & seqq.
Animus abjectus non ferendus in Heroibus	476
Apelles & Zeuxis committuntur 144. quid in pictoribus reprehendit	198
Apes Pindari nutrices	242. 370
Apollo dictus inios	306
Aponus fons ubi	108
Apostolica carmina quae	304
Aquilo pro quovis vento	81
Arabes australes habent umbras sinistras 22. dicti & ἀμφιόμοιοι	29
Archilochus Poëta	276
Arctophylax descendit ab arbore summa 96. 101. quid haec locutio significet	102
Arcturus Stella 54. aliquando vocatur Bootes 55. tardius oritur & citius occidit Carmanis quam Romanis ibid. ratio hujus differentiae	ibid. & 56. & seqq.
Ar-	

Argestes ventus quis	77. 78
Aristophanes impius in Deos 248. aequalis Eupolis 296. quomodo vocaverit dithyrambos 311. quid de Pevice narret 315. audit nequam	381
Aristoteles laudat Homerum	199
Astra ἰσοπαρεῖα ubi 53. μᾶκροφωτογενῆ	54
Athenienses solvunt multam, qua damnatus Pindarus 293. decretum eorum	296
Athletae victores quid peterent à Pindaro 322. 330 eorum pudor victi	321
Augustus Caesar post triumviratum satis moderatus Princeps 10. Laudabat Virgilio Opera 11. quanti fecerit Æneida 131. sanguine Divorum ortus 138. à quibus virtutibus laudatur 146. dat Æneida recensendam 145. dolor ejus ob mortem Marcelli descriptus ab Virgilio 206. voluit habere Horatium à secretis 264. quemadmodum circa laudes	273
Augustinus lacrymas effudit ob quaestum Didonis à Virgilio descriptum	202

B.

<b>B</b> acchus quemadmodum cognominatus	310
Barbari quinam Graecia	473
Bellum Trojanum actio forsam Principalis Iliados	155
Benius (Paulus) scripsit sermones Academicos	157
201. iudicium ejus de Poëmate	159
L. I	Besse

## 526 INDEX RERUM.

<i>Bessi ad Moeotim</i> 72. <i>fuere tamen varii</i>	<i>ibid.</i>
<i>Bessarabes qui</i> 73. <i>nominis erigo</i>	<i>ibid.</i>
<i>Boeotii quales fuerint habiti</i>	244
<i>Bootes stella quamdiu lucet, oritur, occidit</i> 52	
<i>ex quot stellis sidus illud constat</i> 54. <i>cur ab Lu-</i>	
<i>eano dicatur velox</i>	60
<i>Brutii quinam habiti</i>	245

### C.

<b>C</b> <i>Amerarius (Joachimus) vir de literis optime</i>	
<i>meritus</i>	112
<i>Cancer in Coelo quid</i> 61. <i>tropicus ejus</i> 22. <i>sub hoc</i>	
<i>signo Nili fontes</i>	50
<i>Canobus civitas ultima terrarum dicta</i> 29. 30 <i>ubi</i>	<i>ibid.</i>
<i>sita</i>	
<i>Canopus stella quae</i> 64. <i>dicitur vagari</i>	<i>ibid.</i> 120
<i>Cantandi varia super mensam genera</i>	315
<i>Cardinalis ventus quis</i>	77
<i>Carmania australis quo gradu elevationis sita</i>	53
<i>Casaubonus (Isaacus) Galliae lumen praelegit He-</i>	
<i>rodorum</i> 112. <i>differit contra Plutarchum</i> <i>ibid.</i>	
<i>judicium ejus de Homero &amp; Virgilio</i> 130. <i>le-</i>	
<i>giones Theocriteae laudantur</i>	302
<i>Catullus quae ignoravit</i>	196
<i>Chronologica vitia notata in Pindaro</i> 332 & <i>seqq.</i>	
<i>Cicero descripsit ideam Oratoris</i>	142
<i>Circulus anni mutator</i> 47. <i>judicium Scaligeri de</i>	
<i>eo</i> <i>ibid.</i> 60. <i>non est tropicus</i> 47. <i>quid sub eo in-</i>	
<i>telli-</i>	

## INDEX RERUM. 527

<i>telligendum</i> 49. <i>stellarum semper apparentium</i>	
<i>diameter</i>	53
<i>Clemens Alexandrinus judicat de Pindari Oratione</i>	
<i>258. ejus lapsus</i>	259
<i>Cluverius dixit Lucanum</i> <i>ἀνεργαστέρως</i> 105. <i>ju-</i>	
<i>dicium ejus de Lucani verbis</i> 106. <i>ineptissimus</i>	
<i>in Lucano castigando</i> 109. <i>notavit Virgilium</i> 122	
<i>Chybeum amisisse quondam infame</i>	247
<i>Comparatio instituta inter Virgilium &amp; Lucanum</i> 6.	
<i>&amp; seqq. firmatur cum Virgilio</i> 116. <i>ludorum</i>	
<i>Achillis cum ludis Aeneae</i> 160. & <i>seqq. Home-</i>	
<i>ri frigent</i> 184. <i>Iliados &amp; Odysseae cum A-</i>	
<i>eneide</i> 200. & <i>seqq. Pindari &amp; Horatii</i> 241	
<i>368. &amp; seqq. Theocriti &amp; Virgilii</i> 377. <i>Apol-</i>	
<i>lonii &amp; Ovidii</i> 387. <i>multum confert Latinorum</i>	
<i>cum Graecis</i> 393. <i>Petronii &amp; Virgilii</i> 423 &	
<i>seqq. Virgilii &amp; Homeri</i> 463. <i>Compendio agit</i>	
<i>de Virgilii cum Homero</i> 477. <i>Senecae &amp; So-</i>	
<i>phoclis</i>	478
<i>Cordax genus saltandi infame</i>	309
<i>Corinna vicit Pindarum</i>	286
<i>Cuspis reducta quid apud Petronium</i>	438
<i>Cynosura quando instat summis Ceruchis</i> 98. <i>ejus</i>	
<i>rei demonstratio</i>	99. 100. 101
<i>Cyrene ubi sita</i>	44

## D.

- D** Antes Aligerius scripsit Poëma perfectius *Aeneide* 201  
*Daphnephorica carmina in cuius honorem composita* 310  
*Decorum non servat Homerus* 173. *Virgilius servat* 174  
*Deianirae* 495 ab *Sophocle* descriptum 479 & seqq. *cur elinguis inducatur* 482. *Oratio apud Senecam examinata* 483 & seqq. *indignatio ejus apud Senecam laudanda* 493. *Caeterae partes comparandae* 495  
*Descriptiones Homeri pueriles* 185. *Virgilii meliores* 186. *amoris Aeneae & Didus in Virgilio eminet* 208 & seqq. *ejus amoris elicuit lacrymas B. Augustino* 206  
*Diana Orthia sanguine humano placata* 86  
*Didymus Homeri interpretis* 226  
*Dionysius Halicarnassensis laudat Pindarum* 317. 319  
*agit de severitate ejus* 326. *quid de eo dicat* 334  
*Dirimere quid Lucano* 22  
*Dispergitur Timaeus quo sensu* 107. 109. 110  
*Dispositio unde nascatur* 154  
*Duhyrambi in cuius honorem fierent* 310. *materia ejus* 311. *ab his natum proverbium, & pretium eorum* 312  
*Dodecatemoria* 41. 51  
 E. E

## E.

- E** qualis sit *litera* 374  
*Edendi veterum Graecorum mos* 312  
*Empedoclis doctrina ubi viguit* 336  
*Epitheta quid praesent in auctoribus* 190. *vitanda longe petita* 191  
*Epodon vocis Etymologia* 339  
*Epopoeia quid* 130  
*Etesias ventus* 76. *dictus à Lucano Zephyrus* *ibid.*  
*Euganeus collis* 105. *quis apud Lucanum* 108. *pauli eorumque situs* 107  
*Eupolis Comicus quando perit* 296. *aequalis Aristophanis* *ibid.*  
*Eurus ventus quis* 82

## F.

- F** *Amianus Strada* *judicat Horatium inter & Plautum* 356  
*Fodere armos calcareibus* 123. *reprehensus Virgilius in eo* *ibid.*

## G.

- G** *Ens ultra tropicum Capricorni ignota, & quae ab Lucano vocata* 21. *ultra tropicum Cancri nota* 22. *plurimarum gentium situs olim ignoti* 70. *Variae gentes hostias humanas immolabant* 84. & seqq. *Graeci*

## 530 INDEX RERUM.

- Graeci universi mactabant hostias humanas* 86. non  
ex lege 89  
*Grotius (Hugo) interpres Lucani* 23. multa egre-  
gia habet editio ab ipso edita 115  
*Gymnopædica quæ species saltationis* 309

## H.

- H** *Ammonis oraculum sub qua latitudine* 43.  
*Situs hodie ignotus ibid.* *Sales qui* 44. *quis*  
*artifex ejus statuæ* 259  
*Hector inscius canit mortis præsagium* 428. *ob id*  
*Heroice se parat* 469. *Virgilio Turnus* 479  
*Heinsius quid de Horatio sentiat* 354. *emendat*  
*Prudentium* 437  
*Hispanus quidam Lucani assertor* 18. 43  
*Homerus defensus* 81. *ejus opera perfectissima* 130  
*quid opus sit, si velimus de eo judicare* 132  
*variae ejus dotes prae Virgilio* 133. 134. *ejus*  
*Ilias quid contineat* 136. *varia ejus cum Virgilio*  
*comparatio* 137. 138. *dedecoravit cives suos*  
*139. quid fecerit operis argumentum* 139. *Scop-*  
*us ejus in Iliade* 141. *Heros ejus epitome vitii*  
*& imperfectionis* 145. *Ilias imperfectus* 155.  
*Odyssæa non perfectior Iliade* 157. *Quatuor Li-*  
*bri Odyssææ nec episodica, nec partes actionis* 158  
*quid de admirabili & verisimile in ejus operibus*  
*censendum* 163. & *seqq. initium Odyssææ* 168.  
*non servat decorum* 173. *ignoscendum Homero in*

## INDEX RERUM. 531

- eo* 174. 175. 179. *defenditur à Plutarcho* 178.  
*varia variorum Elogia* 181. *comparationes fri-*  
*gent* 184. *multo excellentior in Epithetis* 187.  
*Epithetis utitur simplicibus* 188. *loquax* 192.  
*Character ejus* 197. *inventiones quæ* 211. *pauci*  
*ejus loci cum Virgilio comparandi* 213. *non adeo*  
*coecus* 221. *per partes composita opera ejus* 222  
*Lycurgus Athenas asportat ibid.* *Pisistratus in*  
*ordinem redegit* 223. *Raphhodiae habent nomen*  
*ibid.*  
*Horatius Pindarum imitatus* 181. 324. *cujus fue-*  
*rit Originis & quomodo appellatus* 243. *Idem*  
*fere quod Pindaro evenit* 244. *patria ejus* 245.  
*haut oportuno tempore vixit* 245. *gens Horatio*  
*in quorum tutela* 246. *non multum tribuit reli-*  
*gioni* 251. & *c.* *educatio ejus* 255. *gratus erga*  
*parentes* 256. *animo obsecutus* 263. *non potuit*  
*se submittere Augusto* 264. *morum venustas* 265.  
*variae ejus virtutes* 266. *quot egregia documen-*  
*ta operi insperfit* 267. *omnes habuit amicos* 268.  
*quæ dictus ab Augusto* 269. *ingenium ejus je-*  
*candi* 271. *aequalium suorum mores* 272. *spar-*  
*sim laudat Augustum* 273. *Maecenati blanditur*  
*275. fecit bonorum jacturam* 276. *non avarus*  
*277. magis prodigus* 279. *amicis inserviebat*  
*280. qua fuerat statuta* 281. *iracundo ingenio*  
*& deditus amoribus* 282. *quid in eo detestandum*  
*285. consiliatus cum invidis* 286. *metuendus*  
*tamen & à multis amatus* 289. *opera immor-*  
*talia*

## 332 INDEX RERUM:

- Italia 291. quando vixit 294. fortunatioꝝ præ  
Pindaro *ibid.* quot scripserit libros 339. quæ e-  
jus opera perfecta vel imperfecta 341. examen  
odorum ejus 343 & seqq. omnia pulchra in eo  
346. ejus felicitas atque judicium de Satyris &  
epistolis ejus 347. Philosophum agit 349. Sa-  
tyras ejus examinantur 350. impetus doctorum  
contra eum 353. non nasus Romæ 354. male  
Locutus de Plauto 355. mori debuit ob existi-  
mationem 358. vir acerrimi judicii 367. exci-  
dit omni elegantia si cum Pindaro conferatur  
376  
Hylli oratio ad matrem quæ 495 & seqq.  
Hyporchemata quæ carmina 307. differt inter hæc  
& Pæanias 308. ad quod genus Pœseos refe-  
rantur 309

### I.

- I**acobus (Petrus) quis 18. ejus elogium *ibid.*  
famam Lucani vindicavit 19. scripta ejus  
numquam edita *ibid.*  
In *παιδῶν* vel *ἡ παιδῶν* quæ acclamatio 306  
Ilias parva 220. alterius 221. initium ejus vitio-  
sum 225 & seqq.  
Immolationes humanæ Romæ vetitæ Senatus con-  
sulto 88. Romani tamen usi 90. desit hic mos  
tempore Hadriani *ibid.* Græci usi hoc more 86.  
non ex lege 89  
Instare

## INDEX RERUM: 533

- Instare summis ceruchis 97. quæ dicuntur instare  
*ibid.* 98  
Inventio laudanda in Virgilio 220  
Iphigenia mactata 84  
Ira nunquam ut virtus consideranda 140. vide-  
tur actio principalis Iliados 156. Achilles 139.  
interitus Græciæ causa 228  
Jupiter quasi juvenis pater 228

### L.

- L**acedæmonii exemerunt Pindarum servitutē 292  
Ladcoon quo munere apud Trojanos functus  
438  
Leo in coelo quid 61. domus solis *ibid.* dicitur te-  
nere solem *ibid.* quid eâ locutio significet 62  
Libertus quid in lingua Latina 243  
Lipsius (Justus) alios Poëtas Horatio prætulit  
349-354  
Livius (Titus) perfectior Historicus Tacito 217  
Longinus (Dionys.) quid de Pindaro aliisque anti-  
quis Poëtis dicat 338  
Ludi quid faciant exhibiti in Poëmate Heroico 160.  
Olympici quando celebrati 298. ab his Græci  
annos suos numerabant *ibid.* quot eorum apud  
Græcos genera 302. victores in iis quibus affice-  
rentur honoribus 303  
Lucanus non admittendus in comparationem cum  
Marone 3. ad secundum locum damnatus 3. *ideo*  
adju-

### M m

adju-

534 INDEX RERUM.

adjuvandum ibid. quae possunt allicere favorem et  
 5. cur fufus laudandus ibid. in agone Poëtico  
 Pompejus 9. cur non potuerit contendere cum  
 Marone 9. quando vixerit 10. quibus parenti-  
 bus ortus 11. fungitur Romae Quaeſtura ibid. &  
 65. quot annos haberet cum occideretur 12.  
 innotuit Augusto per Maecenatem 10. prae Ne-  
 rone in quinquennali certamine laureae donatus  
 12. 114. incassum primum locum affectat 13.  
 Sententia de Caesarum domo 14. non poterat  
 loco deturbari ab aequali 15. Carminis ma-  
 teria quae ibid. 16. excoluit Pharsaliam ad ni-  
 raculum ibid. *Ἀρόμηνα* 20. eo liberatus 21.  
 defenditur 25. 26. 29. Romanus ibid. rerum  
 naturae peritissimus 30. assignavit diversum tem-  
 pus Solstitii Syenes & Merôis 40. 41. credidit  
 Solem sterisse ex mente Scaligeri (Josephi) 42.  
 Versus non tam facile mutari possunt 43. cum  
 de Hamnone loquitur, intelligit forte totam  
 circumjacentem regionem ibid. Versuum ejus ex-  
 planatio 50. scripsit Romae 53. postulatur *ἐπι-  
 πορευτής* 60. 63. 110. educatus à Conopeo 65  
 Eloquentissimus habitus ibid. Locus ex Lib. VIII.  
 explicatus 73. 74. 75. defenditur 77. 78. 79.  
 80. 83. 84. 91. 92. 93. juxta Cluverium  
 Virgilii imitator 107. Ortus è Baetica 111. di-  
 ctus est constituere sacrarum poëtices cum Horatio  
 & Virgilio ibid. ideo cum eis conjungitur 115.  
 recitavit Romae Orpheum 114. annumeratur à  
 Quin-

INDEX RERUM. 535

Quintiliano Oratoribus 116. à Virgilio secundus  
 116. qualis ab antiquis habitus ibid. Vapulat  
 à censore, quod *μακροτίπος* locutus sit 119. error  
 ejus quod Virgilio secutus 122. 189. insanus  
 si cum aliis conferatur 193  
 Lucretius scriptor purus 196  
 Lybia dicta Ammonia 44  
 Lybicus ignis quis 22  
 Lycurgus Lacedaem. asportat Homeri Carmina A-  
 thenas 222

M.

**M** qualis litera apud Latinos 372, 374  
 Maecenas favet Virgilio 10. Horatio 246.  
 Huic innotescit Horatius 268  
 Mala in cujus tutela 380. manu gestantur & in  
 mare & femina aliquid simile huic invenerunt  
 antiqui 381. mos mittendi in gremium 382  
 Maro Virgilius laude sua non frustrandus 4. unde  
 illi haut parum famae accessit 6. 13. quando vi-  
 xerit 10. civis ex plebe Mantuana ibid. quid ad-  
 duxerit eum ad Augusti amicitiam 10. favore  
 ejus erigit se 13  
 Massilienses immolant humanas hostias 83. orti ab  
 Phocaeis 86. 94. nunquam usi felicibus armis  
 91. quomodo illud intelligendum 92. adjuvarunt  
 Scipionem ibid. semper coluerunt Romanos 93.  
 fortitudo eorum



## 536 INDEX RERUM.

<i>Medea amore furens</i> 387. apud Ovidium <i>Corinna dici potest</i> 395. <i>promittit Jasoni opem</i> 398. <i>volvit animo periculum Jasoni imminens</i> 399. <i>rectius expressa ab Apollonio quam Ovidio</i> 403. <i>agit Rhetorem apud Ovidium</i> 415.
<i>Mercurius tenet Coeli partem</i> 60. <i>ejus locutionis sensus</i> <i>ibid.</i> & 61
<i>Meridies in coelo quid</i> 61
<i>Meroë</i> <i>per quot dies &amp; quando</i> 38. & <i>seqq.</i> <i>quemadmodum intelligendum</i> <i>ibid.</i>
<i>Meropes ubinam credantur habitasse</i> 325
<i>Messis obsidet urbem apud Petronium male</i> 429
<i>Merus ater male apud Petronium</i> 429
<i>Miseria movet misericordiam</i> 4
<i>Morari secundum Astrologos quid</i> 61
<i>Mores gentium non idem</i> 393. <i>mittendi mala in gremium</i> 382
<i>Musica veterum cum hodierna comparata</i> 299

## N.

<b>N</b> <i>qualis litera apud Graecos</i> 372
<i>Natare quid apud Astrologos</i> 97
<i>Nautae antiquius usi remigio</i> 98
<i>Nero pronus ad saevitiam &amp; quid ad eam impulerit</i> 10. <i>odium in Lucanum</i> 12. & <i>seqq.</i> <i>affertat gloriam Poeticam</i> 114. <i>premit versus Lucani</i> 14. <i>prohibet publicari</i> <i>ibid.</i> <i>domus ejus Lucano infesta</i> <i>ibid.</i>
<i>Nilus</i>

## INDEX RERUM. 537

<i>Nilus habet fontes sub Cancro</i> 65. & <i>seqq.</i> <i>alluit Meroën &amp; Syenem</i> 69. <i>fluit per seras</i> <i>ibid.</i> <i>quid Lucanus per id inuavat</i> 70. <i>Virgilii sententia de eo</i> 71. <i>manat ex Euphrate juxta nonnullos</i> <i>ibid.</i> <i>quando redundat</i> 78
<i>Nox pro somno male apud Petronium</i> 45.

## O.

<b>O</b> <i>Dyssea habet initium vitiosum</i> 226 & <i>seqq.</i> <i>Ovidius defenditur</i> 82. <i>quid in Epithetis praestiterit</i> 188. <i>Juveniliter lascivit</i> 193. <i>amavit vitia sua</i> 186. <i>assuetus amoribus lascivioribus</i> 392. <i>inferior Apollonio</i> 395. <i>luxuriat</i> 406. <i>multa in describendo amore Medaeae habet putida</i> 417
--

## P.

<b>P</b> <i>Aeanes qui</i> 304. <i>verum eorum indicium quid</i> 305. <i>Etymologia hujus vocis</i> 306. <i>in cujus honorem compositi</i> 310
<i>Palicorum ara ubi sita</i> 122. <i>error Virgilii in ea assignanda</i> 122
<i>Palmerius &amp; alter quidam Doctus contendunt in Lucano legendo</i> 2 & c. <i>non adjudicabit palmam Virgilio aut Lucano</i> 5. <i>Spatiat per diversas laudes ejus</i> 2. <i>non solus stat pro Lucano</i> 42. <i>hujus occasio</i> 1, 2
<i>Παγκρατίας in Pindaro immodicae</i> 330

538 INDEX RERUM.

Παράδοξον vitium in oratione 351  
 Parrhasius (Fanus) iudicat de Horatio 355  
 Parthenia carmina quae 304  
 Paulus Macedonicus quid deriserit in Perseq 477  
 Patronius male auguratus de Lucano 13. iudicat  
 de Lucano 16. de Horatio 360. amissus corri-  
 gere Lucanum 427. ejus carmen de Trojae A-  
 λώου examinatur 428. Pene dicendus Virgilium  
 superare 432. copiosus ac disertus 435. ineptit  
 437. facetus scilicet 452. Scholasticus vocatur  
 427. 453. quantum distet à Lucano 461. 463  
 Pharsalia Lucani habent elegantiam in se 2. emer-  
 sit invito Nerone 13. pugna quando commissa  
 23  
 Phocenses humanas hostias immolabant 86. vicerunt  
 Carthaginienses naumachia 94. Massiliam con-  
 diderunt ibid. occupaverunt Cynum insulam 95  
 Pindarus quando vixit, & floruit 242. 293. ejus  
 mira educatio 242. patria ejus 244. Haut  
 oportuno tempore vixit 245. pius in Deos  
 248 qua urbe habitaverit 249. maximae pie-  
 tatis ratio 250 vidit Proserpinam 251. quae  
 ejus educatio 254. ratio vitae non constat 257.  
 quae ejus oratio 258. desiderium ejus honeste vi-  
 vendi 261. probitas ejus 262. bene locutus de  
 omnibus 269. invehitur in calumniatores 270.  
 natus parentibus mediocribus 276. amabat ar-  
 gentum 277. Statura ejus ignota 281. maxime  
 deditus amoribus 282. Opera ejus plurima inte-  
 rierunt

INDEX RERUM. 539

Verunt 283. optandum nos habere 310. quid in  
 eo detestandum 285. consiliatus cum invidis  
 286. ejus ratio 287. à multis amatus 289. ope-  
 ra immortalia 291. multa circa ludos videntur  
 in operibus ejus 297. &c. invenit Poesetos genus  
 300. quae opera composuerit 301. quae diffe-  
 rentia ejus carminum 311. Scolion ejus apud A-  
 thenaëum 315. &c. laudatur ab Athenæo 318.  
 examen variorum ejus locorum 319 & seqq. lau-  
 dat Fortunam 323. varia in ejus operibus consi-  
 deranda 325. naevi in illo notati 328 & seqq.  
 quomodo vocandi 337. omnia tamen non impro-  
 banda in eo 329. ejus componendi carmina ra-  
 tio 331. vitia Chronologica 332. Sp̄no: perditū  
 334. quo miserit oden 336. privatorum homi-  
 num laudes coactus fuit canere 330. 341. in-  
 fortunium ejus 347. plus ferit quam alii 350.  
 magnificus ac sublimis 368  
 Pisistratus collegit Homeri Carmina in ordinem 223  
 Plato ideam hominis justī descripsit 142. vocat Pin-  
 darum divinum 248. amissit doricam harmoni-  
 am 299. reprehendit iram Achillis 139  
 Plutarchus quando vixerit 89. olim adertus Hero-  
 dotum 112. in Aristotelem inVectus est ibid. A-  
 ristophanem probris oneravit ibid. laudat Homeri  
 eruditionem 234. 229  
 Poëma Epicum omnium praestantissimum 129. desi-  
 natio ejus 135. partes ejus ibid. 136. pars ejus  
 maxime essentialis 154. 162. materia quae non  
 idonea

540 INDEX RERUM.

idonea *ibid.* Ob hoc ab Aristotele laudatus Ho-  
 merus 199. quid debeat representare 201. finis  
 hujus quis 213. quid huic parum conveniat 217  
 Poëma Heroicum; quae ejus materia 142. ad  
 440 ejus se erigit Horatius 275  
 Poësis pulchra quae 180  
 Poëtae Latini cedunt Graecis 418. tuctur Graecoi  
 Tolloius 464  
 Polus arcticus quot gradus Romae elevatur 53  
 Polus alter noctes vertit 74. horum verborum sen-  
 sus *ibid.* pro coelo antiquitas *ibid.*  
 Pompejus Parthos petit 73  
 Portus Velinus 120  
 Profodae quae carmina 303. in cujus honorem 310  
 Prudentius emendatus 437  
 Ptolemaeus corruptus 43. ex Lucano corrigendus  
*ibid.*  
 Pyrricha saltatio quae 309

Q.

Quintilianus annumerat Lucanum oratoribus  
 115. judicat de Pindaro 316. quid de  
 Pindaro habeat 325. judicium ejus de Horatio  
 342. 360

R.

Rapinus (Renatus) comparat Homerum cum Vir-  
 gilio 127. judicat de Heroidum Epistolis  
 Ovidii 190. 191  
 Rhapso-

INDEX RERUM. 541

Rhapsodia dicta Homeri Carmina 223  
 Rhodii excellentes in sculpendo 320. ob id à Pinda-  
 ro laudati *ibid.*  
 Robora in molem scissa, quis sensus horum verborum  
 430. 440  
 Roma quo gradu elevationis sita 53

S.

Salamis vera 102. cur ita dicta juxta Grotium  
 aliosque 103. verus verborum horum sensus  
 104  
 Salmasius (Claudius) laudatur 39. 40. ejus sen-  
 tentia de Syene & Meroë de solstitio *ibid.* Fo-  
 sephi Scaligeri amicus 42. refutat errorem ejus  
*ibid.* notat Virgilii vitium 121  
 Scaliger (Julius Caesar) Lucanum dixit latrare  
 16. judicium de eo 17. adversus Cardanum scri-  
 psit *ibid.* instituit comparationem Virgilii cum Ho-  
 mero 131  
 (Josephus) multo infestior Lucano quam  
 pater Julius Caesar 16. bene de eo judicaverunt  
 docti 17. ejus contentio cum duobus aliis de Lu-  
 cano 18. cur laudes Lucani non libenter audie-  
 bat *ibid.* Scripsit notas in Manilium *ibid.* af-  
 signat perpetuam meridiem sub tropico 24. mutat  
 sententiam *ibid.* vult Meroën *ibid.* 38. assignat  
 Lucano sub tropico omnia signa oriri recte & oc-  
 cidere 44. 45. Liberatur Lucanus ab eo 46.  
 N n nepra

542 INDEX RERUM.

reprehenditur 93. Sinistri iudicii fulcimentum  
 113. suscitatur cum patre invidiam Lucano 115.  
 frequentavit auditorium Turnebi 117. iudicium  
 ejus de Horatio 348. 353  
 Scolia genus carminis olim 313. Terpander invenit  
 ibid. usus eorum in conviviis 314. materia eor-  
 um ibid. Pindari apud Athenaeum 315. quae  
 eorum species & quibus versibus similia 316  
 Segraesius praefationem scripsit in Virgilio 147.  
 Senecae Deianirae oratio examinata 483 & seqq.  
 non imitatus Sophoclem in elegantiss 489  
 Sententiae quarta pars Poëmatiss 175. earum com-  
 paratio Homerum inter & Virgilium 176 & seqq.  
 quid sint 179. in his Homerus prior Virgilio 215.  
 earum laus in operibus 218 & seqq.  
 Seres ubi siti 70. cujus imperio pareant 71. forte  
 etiam alii Seres ab his ibid.  
 Servius perverse iudicat de Theocrito 379  
 Signa Coelestia sub Tropico oriuntur recte & occi-  
 dum 20. id falso tribuitur Lucano ab Josepho  
 Scaligero 44. 45  
 Simsonis actio quae 162. cui carmini generi apta ibid.  
 Sol habet centrum imminens Syenae 31. diameter  
 ejus quot minutarum ibid. per plurimos dies im-  
 moratur tropico 35. major omni corpore terrestri  
 38. in tropico non mutatur, sed vertitur 48. ubi-  
 que facit meridiem 61. currit per Cancrum &  
 Leonem 62. recedit ab Ecliptica 64  
 Solstitiorum observatio difficillima 35. unde nomen  
 sortita

INDEX RERUM: 543

sortita 42. quomodo Graecis dicta 48  
 Sophocles Homeri admirator 180. ejus cognomen  
 ibid. laudatus à Pindaro & Longino ibid.  
 Spartani placabant olim Dianam Orphiam sanguine  
 humano 86  
 Sphaerae quot 52. earum diversitas ibid.  
 Spirare alieno metu male de equo Trojano 441  
 Stadia 300 quot gradus in terrae periphèria 31  
 Statius (Papinius) olim Lucanum cum Homero &  
 Marone contulit 3. furiosus 193  
 Stellae praecipites labuntur coelo 119  
 Syagrius Poëta coaetaneus Homero 221  
 Syene  $\alpha\alpha\alpha$  proprio epitheto 26. cujus respectu sic  
 dicta 27. alia ratione etiam  $\alpha\alpha\alpha$  28. etiam  
 $\epsilon\tau\epsilon\gamma\alpha\alpha$  dicta 29.  $\alpha\alpha\alpha$  quando 30 & seqq.  
 plures dies post & ante solstitium  $\alpha\alpha\alpha$  32.  
 ejus rei demonstratio ibid. & seqq. per quot ergo  
 dies  $\alpha\alpha\alpha$  35. 39

T.

**T** Enere solem, cursum, portum, quid haec la-  
 cutiones significent earumque explicatio 61  
 & seqq.  
 Terpander Scolorum inventor 313  
 Thebani quinam habiti 246. Condemnant Pinda-  
 rum multa 292  
 Timantes Pictor 194  
 Timaeus fons ubi 108. sub terram conditur & rur-  
 sus

544 INDEX. RERUM.

*sus erumpit* 109. 111. *Septem habet fontes ibid. recte ejus unda dicitur dispergi ibid. multifidus à Martiale vocatus* 110

Tollius (Jacobus) *deliberat quam sibi scribendi materiam proponat* 396. *tractandorum studiorum ratio* 423. 464. & *seqq. judicat de Petronii carmine, quo descripsit bellum civile Caesaris & Pompeji* 461. *invenitur Poëtas Graecos* 464

Torquatus Tassus 140. 168. 209. *in propositione Poëmatici laudatur* 232

Transitiones Homeri *quales* 183

Τριπλιον *active quid significet* 48. *Τριπλιον passive ibid.*

Tropicus Cancræ 22. *Capricorni ibid. unde nomen habeat* 48

Turnebus (Adrianus) *laudat Lucanum* 117. *vernilius vocatur* 354

Turnas Homero Hector 470. *quo animi vitio non laboraverit* 477

V.

Vaga sidera *quæ* 64. *gens* 72

Vagari *quæ* *possunt dici* 64

Vagator Canopus 64

Velia *oppidum quando conditum* 120. *numquam invenitur pro loco palustri ibid. quæ ratio ibid.*

Velinus portus 120. *quis & unde* *ibid.*

Vertices caesi *trahuntur, quid Petronius iis verbis innuit*

INDEX RERUM.

545  
340  
98  
422

nuat

Victoria Cadmea

Viduae *in amoribus non amant ambages*

Virgilius *rapit omnes in admirationem* 3. 118. *cur parcius laudandus* 5. *in agone poetico Caesar dicitur potest* 9. *Carminis materia quæ* 14. *defenditur* 80. 81. *reprehenditur* 109. *quæ patria ejus ibid. reprehendendus quod Aeneam facit coævum Didoni* 118. *alii ejus errores* 119. *cur reprehensus ab Hygino* 120. *confundit Aeneam cum Aeneis* 121. *male Aeneadas dicit conditoris ab Aenea ibid. error in assignanda Palicorum ara* 122. *junior Catullo ibid. hallucinatur in rebus naturæ ibid. error in equestrem disciplinam* 123. *opera ejus perfectissima* 130. *quemadmodum scripta ejus fuerint excepta* 131. *ejus opus quid contineat* 137. *Aeneida felius finitur quam Ilias* 138. *operis ejus magnitudo ibid. patriæ dedit divinam originem* 139. *quas virtutes conjungat in formando Heroë suo. Aeneas* 143. *non alius potuit efferre fortitudinem Aeneas* 149. *quam exsequitur* 150. & *seqq. Aeneis caret vitio actionis principalis in dispositione* 158. *operum ejus perfectio* 159. *operis ejus præ Homero dignitas* 167. & *seqq. 169. 204. 213. servat decorum* 174. & *seqq. differt ab Homero multis partibus* 192. 207. *Verus ejus character* 194. *Varia ejus loca laudantur* 204. & *seqq. 207. 220. initium ejus naturale* 223. *quid*

N n 3

546 INDEX RERUM.

quid de justitia moneat	260.	describit Ætnæ montis ignem	322.	deest ul ma manus huic	323.
multa hausit ex Pindaro	325.	Tractat amorem Didonis ad imitationem Medeae apud Apollonium	403.	418.	stupidus prae Petronio scilicet
ejus carmen de Trojae Ἀλέων	profertur & examinatur	453.	& seqq.	amat eum Tolloius	464.
dedit duos Æneae adversarios	465	Virgines solebant immolari	184.	& seqq.	quo modo capi soleant
Ultima Turni apud Virgilium comparantur cum ultimis Hectoris apud Homerum	466.	& seqq.			
Ulysses omnis Sapientiae exemplar	172	Umbra in austrum cadit inter tropicos	20.	sub aequinoctiali quae	21.
umbra terrae in conum descendit	36.	ejus rei demonstratio ibid.	progressu fiunt minores & absumentur	36.	ejus ratio
38.	docet Æneam fatum Trojae	150	Ungues quem usum in avibus praebeant	125	Votum pro equo votivo
433	Ἐπίρροτος quod genus saltationis	308.	& seqq.		

X.

<b>X</b> Enophon quemadmodum Cyrum instituerit	141.
descripsit Idem Principis	143

Z.

<b>Z</b> Ona torrida inhabitabilis Lucani aetate	22.
cui regioni contermina creditur	ibid.

F I N I S,